detur. vt. ff. de nego. gest. l. si quis mandato. de eo qui pro tuto
re negotia gerit. l. fi. ⁊ de lega. j. l. plane. j. in fine. dn̄s Gui. di-
stinguit vt si animo donandi sibi seruierunt gratis nō veniant
in condēnationē. al̄s sic vt. ff. man. l. idemqꝫ. §. fi. ⁊. l. si vero non
remunerādi. cū ibi nota. ⁊ idem tenet speculator dicto titu. §.
postremo. ver. qd si victor. ⁊ ꝓ hoc etiā facit. ff. de euic. l. habere
licere. Primā opinionē tenet dn̄s Jaco. de are. ꝓ quo facit. ff.
loca. l. qḋ si domus. Alij indistincte tenent p hunc. §. tales ex-
pensas nō venire ex quo nō soluit ⁊ habēt in textu persolutis
expensis cōmunis tamē litera est ꝓ solitis expen̄. adducūt etiā
pro hac opinione gloss. primā. in fine. ĵ. de fructi. ⁊ lit. expensis
l. fin. Sed rn̄deri pōt qḋ ibi ex priuilegio excusabat̄ ab expen̄.
qḋ priuilegiū etiā ad aduersariū extendit̄ vt ibi ptꝫ primā opi-
nionē equiorē puto. vidi tamē ad cautelaꝫ habētes aduocatos
vel ꝓcuratores sibi seruientes gratis facere ꝓtestari de rece-
ptiōe salarij.

ptione salarij. ¶ Sed qd si victor erat aduocatus ita qd cām suo patrocinio duxit nunqd victus eidē cōdēnabit in expeñ. quas facturus fuisset si aliū aduocatū accepisset videt qd non qꝛ hoc nō esset dānū sȝ lucrū ⁊ sola dāna vident resarcienda. vt j. e. l. sancim⁹. ⁊ qꝛ ꝓpriā causaȝ egit. vt. ff. ad trebel. l. deducta. §. qui post tēpus. ⁊ de fideiusso. l. si stipulat⁹ es opus. ⁊ ad hoc etiā facit dicta glo. j. j. de fructi. ⁊ lit. expeñ. l. fin. ⁊ hanc opinio. sequitur Jaco. de are. ⁊ de hoc nota. in speculo dicto titulo. §. postremo. versi. quid si ab emtore. ¶ Item qd si in aliquo instrumento vel cōtractu continetur qd de expeñ. credatur simplici verbo vel sacramēto actoris nūquid iudex sine alia taxatione stabit tali pacto dic. vt dixi. s. de epis. ⁊ clericis. l. si qs in cōscribendo ver. ⁊ predicta faciunt. ¶ Item quero nūquid illud qd hic dicitur: scȝ iudicem teneri victorē resarcire si nō cōdēnauit victū in expeñ. locū habeat etiā si appellatuȝ sit a sñia dicunt quidam qd sic qꝛ iste. §. indistincte loquit. Alij qd nō qꝛ iudex appellationis supplere poterit condēnando in expeñ. cause principalis ⁊ appellationis. vt. j. quādo ꝓuocare non est necesse. l. omnē honorē. Item quia per appellationē suspensa est sententia ita qd dato qd condēnatio facta foret appella. pēdente peti nō possent ⁊ ita nō interest partis. primā puto verā ¶ Item quid si iudex absoluit victum ab expeñ. asserendo eū habuisse causam litigandi iustam victor autē dicat qd non cui incūbat onus probandi iudici vel victori. dñs Gui. dicit qd iudici qꝛ ex quo succubuit presumit iniuste litigasse. vt. s. de aduoca. diuer. iudicuȝ. l. j. ¶ Quid si in parte obtinuit ⁊ in parte succubuit posset dici sicut dicit de aduocato qui ꝓ parte obtinuit ⁊ ꝓ parte succubuit vtrū debeat totū salariū ꝑcipere de quo not. j. de suffra. l. vnica. ⁊ facit etiā qd not. ff. man. l. in fi. in prin. Inno. tenet qd fiat hincinde cōpensatio. vt no. ꝑ eū extra de dolo ⁊ contumacia. c. finem litibus. in glo. magna. ver. Itē nota qd si in sentētia cōtineantur plures articuli ⁊ specula. dicto titulo de expeñ. §. nunc vidēdum. versi. penul. in fine. ⁊ gl. j. de rebus credi. l. generaliter. §. sinautē. que incipit nam neuter alteri Cy. tamen ibi nō intelligit in expeñ. sed qd dicit dispendij exponit quia iudex reponet causam in statum pristinum ita qd nulla partium sentiet dānum. Cy. ¶ Item quid si contra actorē opponatur exceptio excōmunicationis vel bāni quam reus probauit sed actor de absolutione docuit nūquid fiet aliqua condemnatio expensarum dic vt plene not. in speculo de excep. §. nunc videndum. versi. quid si probat. ¶ Et ex predictis etiā potest solui similis questio. si actor petat rem vel quātitatē ⁊ sibi pro parte obijcitur cōpensatio vel retentio in quo reus obtinet ⁊ in residuo condēnatur nunqd fiet condēnatio aliqua expensarū ⁊ dic qd nō cū quilibet habuerit iustaȝ causam litigandi per iura predicta. ¶ Sed nūquid hec regula victus victori ⁊c. locum habeat in criminalibus dicunt quidam qd nō quasi sufficiat pena talionis que est similitudo supplicij. vt. ff. ad turpil. l. ⁊ in priuatis. de priuatis delic. l. fin. ⁊ j. de calum. l. quisquis. ⁊ videtur expressum. j. de fructi. ⁊ lit. expen. l. nō ignorat. quis eñ duplici pena affici nō debet. vt. ff. nau. caupo. stabu. l. licet. §. fi. Econtra videtur. j. q accusa. nō possunt. l. qui crimen vbi extra ordinē punitur ⁊ nihilominus in expeñ. condēnatur. ⁊ ibi de hoc per Cy. ⁊ hāc tenent canoniste extra de penis. c. calūniā. ⁊ Cy. eū sequitur qꝛ pena talionis venit ob calūniā ⁊ sic ob aliqd extrinsecū. pena vo expēsarū venit ob iniustam litem ⁊ sic intrinsecum ⁊ ita ꝓpter diuersa dupliciter punitur nō ꝓpter idem. preterea pena expensarū non est mere pena sed restauratio dāni aduersarij ⁊ ita ꝓ re familiari cōpetit ⁊ ideo ꝓpter penā talionis nō excluditur. vt. j. qñ ciuilis act. cri. preiudi. l. vnica. ⁊ ita tenet Cy. in. d. l. q crimē. in fi. itē qꝛ pena talionis hodie in desuetudinē abijt ⁊ ꝓ hoc etiā facit generalitas huius. §. sed pone qd iudex inqsiuit ꝯtra aliquē aliquo ꝓmouēte ⁊ coadiuuāte inqsitionē nunqd cōdēnabit reū illi ꝓmotori ⁊ coadiutori in expeñ. videtur qd nō qꝛ iste nō est victor sȝ officiū iudi. Ecōtra qꝛ tales ꝓmotores sunt q̄si loco accusatoꝝ arg. ff. de admi. tu. l. ad instruendā ⁊ ꝓ hoc facit qd not. ꝑ Gof. in summa de accu. §. Item notabis differentiā. ⁊ hanc vltimā tenet speculator dicto titu. de expē. §. j. ver. vlti. ⁊ dicit de facto seruatū ⁊ qd tales oppositores siue ꝓmotores habeant loco accusatoꝝ bene facit in aut. quō oporteat epos. §. si qs autē talis. ⁊ de sanctissimis epis. §. si quis autē ad ordinationē. ⁊ qd dicā. j. de accusa. l. ea quidē. versi. si autem essent priuati ⁊ versi. consueuit etiam queri si statuto. ¶ Sed quid si iudex procedat ex officio nullo ꝓmouente absoluit reus nūquid iudex tenebit sibi ad expē. Cyn. hic ⁊ alij doctores dicunt qd sic si calumniose ꝓcessit al's nō in dubio excusat ꝓpter necessitatē officij ar. ff. q satis. cog. l. si fideiussor. §. necessitate. ⁊ de his qui. vt indignis. l. post legatū. §. aduocatū. in dubio enim presumitur ꝓ officiali qd bene gesserit. vt. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. j. qꝛ nō debet ius publicū indiscussuȝ relinquere. vt. ff. de peti. heredi. l. illud. ⁊ ad hoc. j. de excusa. tuto. l. seueriter. et ibi de hoc dixi ⁊ hoc qñ fama precedente. vt al's iuris ordine seruato ꝓcessit vel ex forma statuti ciuitatis. al's eñ nō teneret inquisitio. vt extra de accusa. c. qualiter ⁊ qñ. ¶ In gloss. non vtraq; ibi. Itē dic nō ꝑ cōtumaciā hāc glo. reprobat dñs Gui. parte eñ absente nō ꝑ cōtumaciā nō potest ferri diffinitiua. vt dixi. s. eo. §. sinautē reus. in suppletione glo. que incipit nisi veniat iudice sedente et hoc expresse innuit litera huius. §. ibi et contumaciter absente: patitur ergo absens hanc penam. vt de eius condēnatione deducantur expense quas reus sustinuit ꝓpter eius absentiā ⁊ hoc sequitur in glo. ⁊ bene. ¶ In glo. j. eo. sancimus. dic vt dixi. s. ꝓxima glo. ⁊c. ¶ Sinautē vtraq;. Tertia pars principalis. huius. l. q̄ punit iudices cōtra eā facientes ⁊ ponit duo dicta vsq; ad. §. sinautē. in medio que satis per se patent. ¶ Ibi eam accipere: idest in ea procedere. Old. Ibi plectetur in criminali etiā plectitur. vt. j. certū tēpus criminalis questio terminetur. l. fi. ¶ In gloss. maiori ergo ibi. l. presbyteri. vbi de hoc plene dixi. ¶ In eadem glo. in fine. Cōtrarium notatur. j. de tēpo. appel. autenti. Item si appellatione ⁊ dicto. §. hoc. vt sponsali. largitas. ⁊ de appel. ⁊ intra que tēpora. §. ad hec sancimus. et ibi notata hic approbat Jaco. de bel. Quod mero iure non currat tenet glos. in prealle. l. sed ⁊ si per pretorē. in principio. ex quib⁹ causis maio. quā ergo seruabimus si sequamur opinionē Petri. ⁊ Cy. qui tenēt. j. eodē. §. hoc proculdubio. qd instantia mero iure nō pereat nō procederet questio. Si etiā seq̄mur opinionē qd mero iure pereat instantia adhuc ipsi Cyn. ⁊ Petr⁹ reprobant hanc glos. que dicit currere: sed dari restitutionē quia maiores nō debent esse magis priuilegiati quā minores: sed minores nō restituuntur nisi in subsidium quādo stat per alium. vt. j. eo. §. fina. ergo nec maiores. argu. ff. de dolo. l. arbitrio. iste enim. §. nō dicit instantiam finiri: sed iudicem puniri. ⁊ ideo dicunt qd si stat per iudicem ⁊ nō per partes qd instantia mero iure nō currit argu. ff. de conditioni. et demonstra. l. iure ciuili. ⁊ ita etiā tenet Inno. extra de prescrip. c. ex transmissa. ⁊ speculator de appel. §. nūc breuiter transeundū. ver. Item fallunt premissa dicunt tamen qd tutum est partibus protestari qd ꝑ eos nō remanet quominus in causa procedatur ⁊ ꝓ hoc facit qd not. in autenti. de his qui ingre. ad appel. §. quia eñ. Alij volentes opiniones predictas concordare dicunt qd in causa appellationis mero iure nō currit in causa principali currit sed datur restitutio ⁊ ratio est quia tēpus prosequende appellationis est maioris damni ⁊ periculi quā tēpus instantie cause principalis quia in causa appel. rata manet sentētia. vt. j. de tempo. appel. autenti. ei qui appellat. in causa autem principali potest instantia renouari. Alij dicunt vtroq; casu currere sed dari restitutionē ⁊ intelligunt gloss. predictas. ¶ Sinautem in medio triennij. Iste. §. est pars predicte tertie partis principalis ⁊ ponit instantiā ad predicta vsq; ad. §. illo proculdubio. ⁊ litera satis patet. Materia tamen satis est obscura ⁊ gloss. succincte pertransit: ⁊ ideo clarius prosequamur. Et opponit gloss. de. l. si iudex. ff. eo. vbi varie traduntur solutiones: sed veritas est qd illa loquitur in eodem iudice delegato ad certum tempus hic de ordinario in hoc tamen recipit illa determinationem ab ista: quia causa triennium excedere non debet nisi in casu huius. §. ¶ Sed queritur vtrū iste. §. locū habeat in iudicibus perpetuis an in temporalibus sicut sunt cōmuniter iudices lombardie qui durant anno vel. vj. mensibus. Dñs Gui. hunc. §. intelligit in iudice qui mutatur propter mortē infirmitatē vel aliam ineuitabilem causam. Si autē mutetur quia eius officiū erat temporale tunc dicit continuari tēpus predecessoris ⁊ successoris et licet minus anno supersit dicit nihil suppleri quasi idem sit iudex ⁊ idem officium. vt. ff. de iudi. l. proponebatur. de officio proconsulis ⁊ legati. l. meminisse. ⁊ ad municipales. l. magistratus. hāc approbat Vber. ⁊ vidi in iudicio seruari. Glo. ⁊ Old. distinguunt. aut iurisdictio iudicis finitur. vj. mensibus. ⁊ nō habet locū iste. §. quia si causa in infinitū procederet qd sepius fieret repletio causa nō determinata. Si autem iudex est annalis vel ad maius tēpus tūc locū habeat iste. §. quia cessat absurditas predicta qꝛ facta semel repletione cuȝ officiū successoris duret anno vel plus nō erit locus ampli⁹ repletioni. dñs Cy. indistincte intelligit hunc. §. in quolibet iudice ⁊ primā repletionē dicit sufficere quo ad oēs successores qꝛ semel tantū repletur arg. eius qd not. ff. ex quibus causis maio. l. ab hostib⁹ §. sed qd simpliciter de acqui. poss. l. iij. §. ex plurimis. ⁊ ibi notatur qꝛ oēs quōcūq; sint subrogati loco vnius habentur arg. instituto de act. §. fuerat. Opi. dñi Gui. iudicio meo magis cō

sonat textui.§.item querit.Cy.cū princeps possit causam de-legare.s.certum tempus finiendā.vt.ff.eodē.l.ij.§.si ɀ iudex. nunquid idem possit quilibet iudex ordinarius: ɀ dicit q̄ nō vt in aut.de iudicibus.§.omnes.In contrariū facit prima facie extra de officio delegati. capitulo de causis q̄ indistincte loquitur ɀ de facto vidi iudices ordinarios cōmittere ɀ delegare causas finiendas.s.certū tēpus nec vidi in dubium reuocari q̄ nō valeret.¶ In gloss. ex hac.l.in fine. dic idem in sex mensibus q̄ in anno vt dentur sex menses ad plus arg.ff.solu.ma.l.diuortio.§.si.old.Vel dic de hoc.vt.s.proxime dixi ɀc. ¶ Illo procul dubio. Quarta pars principalis huius.l.in qua punit aduocatos p quos fit ne causa decidatur ɀ continet quatuor dicta satis clara vsq; ad.§.hic autem.¶ Et allegatur cōtinue q̄ causa inserenda est in sentētia vt hic in glo.ɀ.ff.de verbo.oblig.l.qui rome.§.duo fratres.ɀ ibi in glo.Circa hoc tamen varie sunt opinio.de hoc enī tangitur in gloss.ff.si mensor falsum modum dixerit.l.j.§.j.de leg.iij.l.officius.xxj.dis.c.si. in glo.ɀ p Archi.dn̄s Dynꝰ in dicto.§.duo fratres. dicit aut snīa est absolutoria ɀ tunc inseri debet ne perimatur ius quod per actorē in iudiciū deductū nō est vt hic ɀ dicto.§.duo fratres.ɀ de iure fis.l.ij.§.senatus.ɀ ibi in glo. aut est condemnatoria ɀ tunc non est necesse inseri sed bonum est si inseratur.vt ff.de his qui not.infa.l.ij.§.ignominie.vbi de hoc in gloss.ɀ.p hoc.ff.de suspec.tuto.l.he enim cause.ɀ de penis.l.si preses. et ratio est quia in sentētia condemnatoria videtur inserta causa que in petitione precessit.vt dicta.l.si preses.Dynus. dn̄s Jaco.de are.dicit aut est causa criminalis ɀ tunc est inserēda causa ɀ ita intelligantur.ll.ad hoc allegate per Dynum. Aut est causa ciuilis ɀ tunc aut est sentētia absolutoria ab instantia siue ab obseruatione iudicij: ɀ tunc est inserenda.vt hic ɀ in concor.ɀ.s.eod.§.ɀ si quidem. al's nō cogitur: sed potest si vult in hoc etiā concordat dominus Guido.Et dicit q̄ sufficit iudici dicere condēno vel absoluo.vt.ff.de re iudica.l.j.ɀ.l.in summa.in princi.fallit quādo ab obseruatione iudicij.vt hic.Itē cum actū est ante diem vel cōditionē ɀ iudex absoluit.vt.ff.de pigno.l.grege.§.si sub conditione.ɀ de edi.edicto.l.bouem.§.penul.Item cum absolutio fit ab inepta petitione.vt.ff.si mensor fal.modum dixerit.l.j.§.j.in his enim casibꝰ speciale est q̄ causa inseratur ne iudex videretur a toto absoluere. dn̄s Oldra.dicit In criminalibus causam inserendam quia in eis maius periculum vertitur.vt.ff.de penis.l.in seruorum. in fi.ɀ.l. respiciendum.Item in causa appellatiōis.vt.j.de ap.l.eos in princi. ɀ argu.de vsuris rei iudicate.l.ij.in alijs casibus dicit causam nō inserendam p prealle.l.j.ɀ.l.in summa.de re iudica. de arbi.l.quid tamē.Jaco.de ra. indistincte dicit causam non inserēdam q; ex actis dicit apparere posse que causa iudicem mouit.vt.ff.de re iudica.l.ait pretor.§.j.ad hoc facit extra de re iudica.c.sicut nobis.vbi de hoc satis notat̄ ɀ hanc opinionē hic sequitur Cyn.dn̄s Jacob. butrigarij dicit aut iudex vult reseruare ius parti vltra quā verba sentētie paterētur ɀ tunc hanc causam inserere. vt hic et dicta.l.ij.§.senatus.ff.de iure fisci.aut vult aggrauare vltra quam verba paterentur et tunc idem.vt.j.de suspec.tuto.l.fin.ɀ ibi in gloss.aut neutrum vult facere ɀ potest omittere ɀ inserere sicut vult consultius tamen est quod nō exprimat vt.ff.de excu.tuto.l.qui testamento.ɀ de acquiren.heredi.l.si is ad quē.Alij sic aut ex actis constat de certa causa ɀ nō est opus q̄ exprimatur nec est tutū exprimere vt dictis.l.qui testamento. ɀ.l.si is apud quem. aut constat de causa nō certa:sed ambigua vt quia duplex et quelibet adaptari potest ad diuersos effectus ɀ tunc debet exprimi. vt dicta.l.fin.j.de suspec.tuto.aut ex actis causa nō apparet ɀ tunc est exprimenda.vt hic cū concor.Ego autem puto ex predictis omnibus sic colligi posse vt in causa criminali sit inserēda sm opinionē dn̄orū Odof.ɀ Jaco.p iura ad hoc adducta per eos et ita continue seruatur de facto. dicitur enim quoniam talis accusatus fuit de tali maleficio vel contra eum inquisitum et doctum est per testes vel per eius confessionem ipsum maleficium cōmisisse ideo eū condemnamus:vel quia non est repertus culpabilis:ideo eum absoluimus. Si vero causa est ciuilis aut principalis aut appellationis. Si principalis tunc regulariter nō tenetur inserere causam si nō vult. vt dicto capi. sicut nobis.cū ibi notatis.ɀ alijs iuribus ad hoc.s.allegatis immo consilium est q̄ nō inseratur.vt dictis.ll.qui testamento.ɀ.l.si is apud quem.Fallit si aliquid vult reseruare vel aggrauare in sentētia.vt dicta.l.fin.j.de suspec. tuto. ɀ.ff.de pactis dotalibus.l.hebius.in fine.Item fallit in alijs casibus.s. notatis sm dn̄m Guidonē.ɀ hic in gloss.allegatis.Si vero est causa appellationis Odofre. et gloss.cōmuniter tenent q̄ sit inserenda.vt notatur dicto capitulo sicut nobis de re iudica.ɀ supra dixi. Sed glo.ff.de lega.iij.l.officius. tenet q̄ si prima sentētia fuit condēnatoria nō est opus causam inseri si absolutoria tunc sic.Alij distinguunt aut appellatum est a diffinitiua et non est opus causam inseri aut ab interlocutoria vel grauamine ɀ tunc est causa inserenda.ɀ idem dicunt si appelletur ab electione vel nominatione argu.j.de appel.l.hi qui ad ciuilia.ɀ.l.si ascribatur. ɀ dicta.l.qui testamento. de excu.tutorū. Alij indistincte tenent etiam in causa appella.regulariter non esse inserendam causam:sed sufficere dicere bene vel male appellatum.vt.j.de appel.l.eos.in princ.ɀ ibi in glo.ɀ de hoc ibi plenius dicam.¶ Sed querit glo.licet succincte nunquid finito triennio iudex debet partes absoluere ab obseruatione iudicij vel absolutas p lapsum triennij declarare. huius questionis solutio apparere potest ex solutione alterius:videlicet vtrum lapso triennio mero iure sit finita instantia an debeat pronuntiari finita per sententiam iudicis quia si mero iure dicamus finitam tunc iudex habet declarare partes absolutas. si autem per sentētiā tunc debet partes ab obseruatione iudicij absoluere dn̄s Cynus. Primo allegat q̄ debeat absolutas declarare ɀ q̄ instantia pereat mero iure.j.eodē.§.fin.ibi causa ceciderit quod exponit ibi glo.i.instantia ad quid enim opus esset ibi minorem restitui nisi instantia perijsset ɀ ad hoc etiam bene facit.ff.indi. solui.l.cum lite mortua. vbi exponit gloss.i.instantia.ɀ.j.ad exhiben.l.iij.ɀ ibi in glos.licet ad illam posset responderi q̄ ibi nō erat instantia finita tēpore:sed per absolutionē factā q; nō possidebat.vt ibi colligitur ex textu et glo. p predicta etiā opinio.bene facit.j.de naufra.l.de submersis.Ibi nauiculario pp̄ter vitiū iudicis absoluto pro hoc.s. ex quibus causis maiores.l.j.sm expositionem glo.que exponit ibi iudicij:idest instantie.Sed licet gloss.sic exponat credo tamē quod ibi proprie teneatur q̄ indicat verbū ibi positum condemnatus ex quo videtur iudicium finitum fuisse sententia nō lapsu triennij. In contrariū q̄ instantia ipso iure non pereat sed sit opus sententia videtur expressum. vt intra certum tēpus criminalis questio terminetur.l.fin.ɀ argumē.instituto de perpetu.ɀ temp.act.in fine.ɀ per Azo. in summa eiusdem tituli.in fine.ɀ quia de qua re cognouit iudex de eadē pronuntiare debet vel diffinire vel absoluendo ab obseruatione iudicij.vt.ff.de iudicijs.l.de qua re.ɀ hanc opinionem hic tenet Cyn.ɀ Pet.Nec in aliqua parte huius legis dicitur instātiam ipso iure finitam triennio: sed solum causam debere.j. triennium terminari: tutius ergo est vt absolutio sequatur maxime propter vitium litigiosi q̄ duraret sm gloss.opinio. s.eodem.§.ɀ si quidem. Et ad.§.vlti.j.eodem. vbi dicit causa ceciderit exponi potest: scilicet per sententiā sicut alias exponitur.s.titu.proxi.l.ij.§.q̄ si actor. ɀ eodem modo potest responderi ad alia pro hac opinione adducta cum tamen predictam questionē de facto haberē succubui corā magnis peritis defendens hanc vltimā opinionē ɀ seruauerūt primā: scilꝫ q̄ instantia ipso iure periret ɀ partes deberent declarari absolute ab obseruatione iudicij de hoc etiā tangitur.j.dicto.§.vltimo.ɀ prodest hoc scire propter multa:scilicet vtrum finito triēnio sine alia sententia possit alius iudex adiri de quo dixi.s.l. proxima.ɀ propter alia similia.vt propter condēnationē expēsarum de quo etiā dixi.s.§.finautē alterutra.versi. sed quid si ab obseruatione.¶ Ibi ɀ similiter idest ad similitudinē pene que imponitur iudici.vt.s.eo.§.finautē iudex.ibi vsq; ad triēnium facit pro aduocatis q̄ nō teneantur iurare in causa appellationis pro eodem salario cum dicatur vsq; ad triennium ɀc.de quo dic.vt.s.de p̄cura.l.ita demū.¶ Et quomodo subueniatur aduocatis.p eoꝝ salario ɀ quādo eis solui debeat dic vt notatur.j.de suffra.l.vnica.¶ In glo.vt valetudo ibi secus scꝫ p aduocatis.iste ver.nō debet esse in ista glo.sed in fine gl. que sequitur que incipit tūc igitur Old.in gloss.cōtra.j.l.pxi. in fin.aut ergo clientulus spernit aduocatū q; nō videtur sibi sufficiens nec fidelis ɀ obtinet iste.§.aut aduocatꝰ spernit cliētulum q; credit eum ininstam causam fouere ɀ obtinet.l.contraria.Odo.ɀc.¶ Hec autē ola. Quinta ɀ vltima pars in qua punit administratores minoꝝ quoꝝ negligētia remanet q̄ cā infra triēniū nō terminat̄.¶ Ibi sub cura agētiū vt furiosoꝝ ɀ similiū.Ibi p curatores ɔstitutos sm formā.l.neq; tutores. s.de p̄cur.Odo. Ibi cā ceciderit exponūt Cy. ɀ Pe.s.p snīaꝫ latam ab obseruatiōe iudicij tenēt enī instātiā perire p snīam ɀ nō ipo iure.vt plene dixi.s.pximo.§.imo vt.s.dixi Pe. tenet q̄ etiā sine noua instantia possit p̄cedi in causa finito triēnio q; hec lex hoc nō phibet sꝫ punit ptes ɀ iudicē quoꝝ facto perijt instantia ɀ p eius opinione facit iste.§.dū dicit litē nihilominus suū habere vigorē sꝫ expone.vt in glo. ¶ Quid de p̄curatore alicuius maioris qui p cura.nō est soluēdo Cyn.dicit idem argu.

idē ar.eius quod no.ff.quādo ap.sit.l.j.in fine. ¶ In gl.vt.s. triēnio finito in fine vbi de hoc ꝛ plene dixi.s.e.§.ꝛ si quidem cū hac gl.ꝯcor.j.de re iudi.l.gesta lȝ ꝯtriū videat innuere gl.j. de testi.l.solā.dū exponit solam a sn̄ia iudicis quasi innuat qđ sn̄ia iudicis secuta ab obseruatiōe iudicij attestatiōes fidē faciant adeo qđ ēt testes viuentes amplius venire nō teneant ȝ hec gl.cōiter approbat. In gl.quasi in defectu ibi so. vt ibi in gl.ꝛ per cy.ꝛ si aduersus rē iudi.l.in rem ꝛ cōiter so.gl.approbatur. Pe.tn̄ dicit qđ vbicūqꝫ pōt subueniri minori eque bn̄ ꝯ tutorē agendo sicut petendo restitutionē aduersus aliū tūc cesset restitutio Sed in.l.ꝯtraria nō eque bn̄ ꝯsuli poterat pupillo q̄r res sua vendita erat per tutorē quā consequi nō poterat ꝯ tutorē agendo sed restitutionē petendo ꝯtra emptorē ipsam rē recuperat ꝛ de hoc satis notatur per cy.s̄.de sacrosan. ec.l.iubemus. Sed licet hec opinio satis equa videatur tamē tex.l.ꝯtrarie eā nō patitur q̄r loquitur nō solum in venditiōe rei minoris sed generaliter in omni mala administratiōe tutoris si recte inspiciatur prima.l.etiam. ¶ Ibi.§.pupillus Maȝ ibi perdiderat minor ius suū.per cursum anni vt in preceden ti.§.ibi cadere ꝛc.ꝛ sic ibi in anno solutiōis loquit̄ nō in instātia iudicij in qua nō perit ex toto ius eius vt ibi notatur vnde iste.§.locū nō haberet ꝛ in tp̄e prosequende appellationis q̄r ibi ex toto ius mioris periret q̄r rata maneret sn̄ia per aut. ei qui appellat.j.de tēp.appel.vbi de hoc dixi secundū vber. qui hoc tenet.s̄.si tutor.vel cura.interue.l.ij. ¶ Itē videt̄ qđ hec prescriptio minori hodie ipso iure nō currat vt.s̄. in qui. causis in īte.resti.nō est necessaria.l.fin.de quo dic vt ibi dixi.

1 ¶ Aduocati in allegationibus iuris an iurare debent.
2 Uasallus an teneatur iuuare dominū in bello iniusto.
3 Aduocat⁹ q̄ scit partē suā iniustā cām fouere an possit licite dolum committere.

Rem non nouam. Moralis ꝛ vtilis est h̄ lex quo ad salutē iudicū ꝛ aduocatoꝝ si eā seruarēt Mali tn̄ aduocati nō seruāt vt.j.mā.l.fi.ꝛ ibi dicam ꝛ cōcor. ad hāc.l.decretalis gregorij decimi extra de postu.c.properādum . cū ibi notatis p ber. Inn.ꝛ guil.durāti ꝛ miror qđ posita nō fuit in li.vj.nisi forte multi incurrebāt piuriū eā non obseruādo. ¶ Et hȝ duas partes in prima loquitur de sacramēto iudicū in secunda aduocatoꝝ.secunda est in.§.patroni. Et nota qđ sicut iudex iudicat ita iudicabit̄ a deo qđ deberet retrahere quēlibet iudicem ab iniqua sn̄ia ꝛ p hoc.ij.q.j.c.deus omnipotens ꝛ dixi.s̄.in prohemio huius operis. ¶ Ibi periculū sit q̄r punie̅t arbitrio superioris ar.ff.de penis.l.hodie. ¶ In gl.l.auxilio in fine in psalterio est in psalmo exaudi domine iustitiā meā in tertio versu ꝛ concor.extra vt ecclesiastica beneficia.c.vnico.in prin.ꝛ de ap.vt nostrum. ¶ In glo.vnde dicitur in fi.vt extra de accusa.c.qualiter ꝛ quando.j.ꝛc.

Patroni. Scđa pars q̄ de sacramento aduocatoꝝ loqtur ex qua plura vtilia colligunt̄ primo enim ex principio clare colligitur forma per quam fit lit. contest.itē qđ via vetus ꝛ experta est ambulanda nisi noua sit securior vt.j.de iure dot.l.fi.§.sed ꝛ si quis cy. ¶ Itē nota qđ aduocati tactis scripturis iurare debent. ¶ Sed an sufficiat si nō tangāt ꝛ plures q̄ōnes circa hoc vide vt dixi.s̄.si aduer.
1 ven.auc.sacramēta. ¶ Sed nūquid aduocati in allegationibus iuris iurare debent. Et primo videtur qđ nō q̄r in allegationibus iuris nō videtur posse calūnia cōmitti cū ius sit certū ꝛ finitū vt.ff.de iure ꝛ facti igno.l.ij.ꝛ hoc videt̄ innuere.l.j. s̄.de iur.calūnie ibi in quo necessitas probatiōis incūbit cyn. tn̄ ibi tenet ꝯ q̄r etiā in legibus allegandis siue intelligendis pōt cōmitti calūnia vt.xxij.q.ij.c.is qui al's incipit q̄r hoīes. §.q̄r ergo ꝛ ibi de hoc notat̄ p archi.ꝛ q̄r nō solū ius sed ēt factū allegat̄ p aduocatos in quo facto ēt prudētissimi falli possunt vt.d.l.ij.de iuris ꝛ facti ignorā. ¶ Itē notādū qđ in qua cunqꝫ pte cāe aduocatus credat eam iniustā eā debet deserere vt hic ꝛ extra de iureiurā.in breui ꝛ ibi in gl. Qđ est ar.qđ
2 vasallus non teneatur iuuare dn̄m in bello iniusto ꝛ pro hoc bene facit in decretis.xj.q.iij.c.ve qui dicitis ꝛ.ff.man.l.quintus.§.sed si fideiussor cū si.ibi notatis ꝛ est expressum in vsib⁹ feudoꝝ hic finitur lex cōra.ꝛ īcipiūt cōsuetudines regni in prin
3 cipio ꝛ ibi de hoc. ¶ Utrum aduocatus qui scit partem suaȝ iustam cām fouere possit licite dolū cōmittere vt in cā iusta obtineat dic vt not.in glo.ꝛ per archi.xxiij.q.ij.c.domin⁹ ꝛ per Io.an.de elec.c.cupientes.in prin.in glo.que incipit per hoc soluitur. ¶ Item allegatur finis huius.l.qđ exitus acta probat vnde ouidi⁹ Exitus acta probat careat successibus opto Quisquis ab euētu facta notanda putat.ꝛ qđ ex fine dn̄ iudicetur probat̄.ff.de rebus dubijs.l.quedam de testa. tute.l. iure nostro ꝛ extra de elec.c.si forte libro.vj. ¶ Item notandum sicut dicit gl.qđ de consuetudine.l.ista nō seruatur. dn̄s tn̄ od. dicit qđ seruabat̄ bonoñ.hostiē.ēt dicit eā seruādā in summa de ꝯsuetudine.§.de virtute ver.ꝛ gn̄alissima.per desuetudinē eā nō abrogat̄ vt dixi.s̄.de nouo.C.cōpo.§.quibus.ꝛ hoc etiam hic sequit̄ cy.quicquid sit đ iure tutū est hāc.l.seruare quo ad animaꝝ salutē. ¶ In gl.sed nūquid valebit sn̄ia in fine Sȝ dic qđ illa solēnitas respicit ordinē cause ꝛ ideo si omittat̄ vitiatur sn̄ia solēnitas aūt huius.l.nō est de ordine iudiciario ȝ est p̄ceptū iudicis vt iustitiā seruet ꝛ iđ eius omissio sn̄iam nō vitiat Iac.de bel.ꝛ cy.alias hodie nulla sn̄ia valeret cū hodie hec.l.de consuetudine non seruetur vt dictum est. ¶ In glo. litigator ergo in fine vel dic aut aduocatus deserit cām propter vitiū antiquū qđ pcipere potuit ꝛ tūc nō habebit salariū ar.ff.locati.l.si quis fundū.§.si quis.aut ppter antiquū qđ pcipere nō potuit ꝛ tūc habebit vt hic ꝛ dicto.§.diuus aut propter nouum ꝛ tunc distingue vt ibi notatur ꝛ pro hoc.ff.locati.l.item queritur.§.si gemma ꝛ.l.fi.ꝛ man.l.quintus Iaco. ꝛ cy.de hoc etiam dicetur.j.de suffra.l. vnica.qđ totum habere debeat facit.ff.de assesso.l.diem functo cum ibi notatis.

Hodie. Hec auc.locū hȝ in his q̄ cōmissa sunt iudicis arbitrio vt dilationes ꝛ similia in his autem que sunt per.l.terminata iurant iudices iudicare ꝯ leges vt in auc.de defen.ciuita.§.ius iurandū ꝛ quo ad hoc corrigit hec auc.primā partem.l. codicis. ¶ Et facit ad q̄ōnem.s̄.si iudex laicus iudicat ꝯtra leges credens iuste iudicare vtrum peccet vel teneatur Circa qđ distinguit cy.aut suscepit officium iudicandi volens aut coact⁹ Primo casu si per imperitiam male iudicat peccat ꝛ tenetur ad restitutionem sicut dixi in aduocato.s̄.de aduoca.diuersorū iudi.l.j.§.in assessore.ff.qđ quisqꝫ iur.l.ij.ꝛ in medico vt.ff. de officio presidis.illicitas.§.sicut medico ad.l.aqui.l.inde neratius in pri.ꝛ.§.j.ꝛ pro hoc.ff.locati.l.si quis domū.§. celsus ꝛ qđ no.in spe.de legato rubricella de dispensati.§.iuxta ver. Itē exercēs artem chirurgie. Secūdo casu quando inuit⁹ suscepit forte coactus per superiorē nō peccat si quantum potuit fecit ad iuste iudicandum ꝛ secundum leges.

a Sancimus. ¶ Primo statuit Secundo punit Tertio in quibus iudicibus locū habeat declarat. ¶ Et in effectu intēdit qđ citatus contumax tenetur aduersario ad omnia damna.ꝛ expeñ.quas pro ipsa contumacia sustinuit. ¶ Et de materia istaꝝ expensarū satis dixi.s̄.e.l.properandū .§. finau tem alterutra ꝛ no.p ber.ꝛ Inno.extra de penis calumniaȝ ꝛ de officio iudicis.c.ij.circa finem que glo. Inno.satis notabilis est ad hanc materiam ꝛ per archi.xi.q.iij.c.certum in glo. ꝛ per eundē.ij.q.j.imprimis ꝛ in spe.de expen.§.finautem lite con.per totū ꝛ maxime ver.sed querit̄ qn̄. ¶ Ibi absens persona actoris vel rei nam vtriusqꝫ contumacia punitur .cū hec lex indistincte loquatur ꝛ facit.j.de prescrip.xxx.anno.l. si qs emtoris.§.sed ꝛ si quis quomodo ꝛ quando iudex auc.qui semel in auc.de exhibē.reis.§.si vero si quis ius dicenti nō obtemperauerit.l.j.§.nō solum.ꝛ est expressum extra de dolo et contumacia.c.actor.lib.vj. Ibi restituat ꝛ satisdet iudicio sisti reus vt dicta.l.si quis emtionis.§.penul. ꝛ vide qđ ibi dixi et in auc.de exhibē.reis.§.si vero i fine qđ presumitur ex quo citati nō veniūt ēt si iusta cā forent impediti vt plene per Inno. extra de officio delegati.c.cōsuluit secunda colūna ꝛ de penis c.calumniam. ¶ Quid differt hec lex a dicto .§. finautem alterutra dic vt in glo. Item queritur cū hec lex de damnorum restitutiōe loquatur nūquid locū habeat in oībus dānis puta q̄r vineas suas colere nō potuit ꝛ negotijs suis superesse doctores cōiter tenēt qđ sic ex gn̄alitate huius.l. In quo differāt damna ꝛ expense vide pulcram glo.extra de iniur.ꝛ dam.dato.c.in nr̄a ꝛ.đ.c.imprimis.ij.q.j.per archi. Item dubitabat̄ vtrū hec locū habeat in citato vnica citatione an trina ꝛ perēptoria ꝛ videtur qđ opus sit trina ar.ff.de re ind.l.cōtumacia §.contumax. ¶ Sed ibi loquitur de contumacia ex qua pcēditur ad diffinitiuā vel missionē in possessionē vbi maius est periculū ꝛ iđ maior exigitur ꝯtumacia de qua ēt loquitur.s̄. e.l.properandū.§.finautem reus. Dn̄s tamen Iaco. videtur tenere trinā citationē necessariā cum alias non dicatur quis cōtumax ꝛ hoc ēt indicat finis huius.l.ꝛ extra de dolo ꝛ ꝯtu. cum dilecti. ꝛ ita etiā tenet gui.dn̄i Iacob.de are.pe.ꝛ cyn.tenent oppositum qđ pro prima citatione ꝛ contumacia locum hēat hec lex ꝛ ita seruatur cōiter in iudicio.ꝛ pro hoc facit qđ plene notaui extra de procur.c.querelā ꝛ in specu.de citatiōe

a ¶ Sācim⁹ Adde. ad materiā huius.l.q̄ dicta sunt in ad.ad bar. in.l.si finita.§.iulianus.ff.de dam.infec.

§.viso ver.Item licet pars sit tertio citanda ⁊ versi.sequen.⁊
de expē.§.iuxta ver.sed queritur qñ vbi de hoc not.⁊ per Jo
an.and.⁊ cardi.extra de dolo ⁊ contu.c.actor.lib.vj.¶Item
querit̃ si iudex citat hoc mō cōpareas tali die pro primo ⁊ ta
li pro scdo ⁊ tali pro tertio ⁊ perēptorie.in primis duabus nō
cōparet in tertia sic nūquid cōdemnabitur in expēsis.¶Et
videt̃ qd nō quasi habeat electionē cōparēdi in quacūqȝ istarum
dilationū ar.ff.de iure do.l.plerūqȝ extra de dolo ⁊ cōtumacia
cū dilecti.in fi.⁊ de test.cogē.c.ij.¶Cōtrariū tȝ speculator di
cto tit.de citatiōe.§.viso vsi,sed quid si tres termini ⁊ de hoc
notat̃.d.c.querelam per ber.⁊ abbatē.¶Jaco.de are.tȝ pri
mā opinionē ⁊ dicat eū cōtumacē intelligi solū in vlti.citatio
ne ⁊ vt prediximus fuit in opinione qd trina citatione opus esset.
¶Sed nūquid ad solas expensas fctās pro contumacia tene
tur an etiā ad alias ⁊ videtur qd ēt ad alias propter verba hu
ius.l.siue citra ingressus litis ⁊c.sed dic ɔtra vt patet dū di
cit huiusmodi vitio ⁊c.⁊ pro hoc supra de epis.⁊ cle.l.oēs qui
vbiqȝ in fi.⁊ predicta verba siue circa ingressus litis ⁊c.intel
lige.s.pro accusanda ɔtumacia.¶Itē notandū qd iste expen
se sunt cōputāde ex die citatiōis nō ex die termini quo debu
it cōparere vt notatur per Innocen.d.c.cū dilecti in fine de
dolo ⁊ contumacia.¶Sed quid cū hic dicatur contumacem
non audiendū in cā nisi refusis expensis si nō fuit sibi opposi
tum sed admissus fuit nunquid peti poterit qd condēnari de
beat in expēsis videtur quā nō cum hic dicatur iudicē teneri si
nō fecit refundi ante quā eū ad causam admitteret ex quo sa
tis innuitur ipsum in expensis cōdēnare nō posse.de expēsis
enim ⁊ fructibus pōt solum eadē die supplere vt.ff.de re iudi
cata.l.paulus ⁊.j.de fructi.⁊ litis expeñ.l.terminato.Domi
nus Jaco.de are.dicit eas peti posse per actionem in factū ex
edicto si quis ius dicenti nō obtemperauerit vt.ff.si quis ius
dicenti non obtemp.l.j.licet enim habeat remedium exclude
di eum a iudicio per hāc.l.nō ꝓpter hoc perdit dictā actionē
in factum sic ⁊ alias.ff.de dam.infecto.l.si finita.§.Iteȝ videa
mus.§.proinde ⁊.§.pōt etiam.Non obstat ꝙ iudex resarcire
teneatur qꝛ interest nostra plꝰes habere debitores vt.ff.de lib.
le.l.iij.Jaco.Sed qd petantur illa actione in factū videtur ab
surdū qꝛ opus esset libello ⁊ alio ordine iudiciario ⁊ ita lis prin
cipalis protraheretur sed posset rñderi qd propterea nō dif
fertur ꝓcessus cause principalis.Uel posset dici qd in ista cō
demnatione expensarum nō erit necesse seruari ordinē iudiciari
um vt notatur per Inno.dicto.c.querelam.extra de procur.
licet illud posset intelligi in condemnatione expensarum que
fiet in fine cause iudicis officio non iure actionis ⁊ hoc satis
indicat lex ista ſm eos ⁊ clarius.j.de fructi.⁊ lit.expeñ.l.non
ignorat in fine que lex loquitur de expensis contumacie ⁊ hāc
vltimam opinionem vidi in iudicio seruari ⁊ eam tenet Inno
cen.extra de iudi.c.ij.in.vltima glo.⁊ ad id ꝙ dicitur iudiceȝ
teneri resarcire potest responderi vt.s.Uel qd illud habet lo
cum quando pars opponit aduersarium admitti non debe
re nisi refusis expensis secus si pars tacet sicut nec tenetur vi
ctum victori in expensis cōdemnare nisi parte petente vt dixi
s.e.l.properandum.§.sinautem alterutra ver.sed nunqd hāc
cōdēnationē.Quo iure iste expense petantur dictum fuit.s.e.
l.properandū.§.sinautē alterutra ver.quo iure ex gl.in.l.ter
minato.j.de fruc.⁊ litis expen.sentire videtur qd oēs expen
se tā ante litē conte.quā post veniāt iudicis officio.alia gl.que
est.ff.si quis ius di.nō.ob.l.j.§.fi.tenet qd iure actionis quas
glo.quidam volentes ad concordiam reducere dicunt gl.que
est in.l.terminato.videtur loqui de expen.litis aliā de expen.
contumacie de quibus etiā loquitur lex ista.cy.⁊ iaco.de ra.te
nent indistincte qd officio iudi.petuntur ⁊ etiam iure actiōis
nā ⁊ alias cōcurrunt.ff.de rei ven.l.j.iure actionis ex actione
in factū ex illo edicto si quis ius dicenti nō obtempauerit.ve
rius puto qd officio iudi.petantur ne si petantur iure actiōis
lites ex litibus oriantur contra.l.terminato qd etiam sic pōt
probari ea que summaria sunt p officium expediri possunt vt
ff.de offi.ꝓconsulis ⁊ legati.l.nec quicquam.§.de plano sȝ cā
expēsarum summaria est ⁊ per sacramentū expeditur vt hac.l.er
go ⁊c.Non ob.l.ediles.§.item sciendum.ff.de edili.edicto vbi
innuitur expensas factas ante litē cōte.nō venire iudi.officio
qꝛ ibi nō loquitur de expen.sed de fructibus ⁊ partu de quibus
si fuerūt ante lit.cont.nō debet se intromittere iudex nisi sint
petita.de expen.aūt se habet intromittere qꝛ sunt quasi pars
cause ⁊ propter eas differtur causa cuȝ non debeat audire cō
tumacē nisi eis solutis.preterea litera dicti.§.Item sciendū
innuit qd iudex etiam de his que sunt ante litem conte.se pos
sit intromittere ibi non valde ⁊c.qꝛ.l.ibi indicat ꝙ licet offici
um iudi.latius ⁊ plenius sit in his que contingunt post litem
conte.nihilominus etiam de his que ante se potest intromitte
re ⁊ ita vidi in iudicijs seruari ⁊ tȝ hic pe.de bella pertica hoc
addito qd sublata principali actiōe post sñiam peti nō possūt
quia litem precedentem respiciunt cum qua oriuntur ⁊ mori
untur.Secus in vsuris ⁊ interesse que sic a principali lite ex
toto non pendent vt.l.centū capue.ff.de eo qd certo loco dari
oportet.Sed secundū opinionē eorum qui dicunt iure actio
nis semper peti posse nunquid coram alio iudice peti poterūt
dic qd regulariter non ne continentia cause ⁊c.vt.s.e.l.nulli.
fallit si actor citaret reum coram iudice delegato ⁊ reus com
paret actor non nec potest reus copiam habere rescripti quo
fuit iudex delegatus quia erat apud actorem tunc enim pro
pter dolum actoris poterit reus petere tales expensas coraȝ
ordinario secundū Jaco.Sed nunquid hec lex locū hȝ in iu
dice delegato dic qd sic ⁊ si dicatur qd non habet iurisdictio
nē ante lit.cont.vt.ff.de iurisdic.om.iudicū.l.⁊ quia verum est
quo ad diffinitiuam sed ad puniendam contumaciam sic.Sȝ
cum duplex sit contumax.s.verus ⁊ fictus vt dixi.s.eo.l.pro
perandum.§.cū autem eremodiciū de quo contumace intelli
gemus hanc.l.quidam qd de vero qd innuunt verba in fine
ibi mala cōscientia abfuerit ficte enim contumax mala cōsciē
tia non abest vt dixi dicto.§.cum autem ⁊ ita tenet Jacob.de
rauē.Sed mos iudiciorum in omni contumace seruat hāc.l.
Est etiā vnū valde speciale in istis expen.contumacie.s.qd iu
dex pōt condēnare cōtumacē in expen.factis ⁊ fiendis ꝓpter
eius cōtumaciā etiā certa quātitate nō expressa vt extra de ꝓ
cur.c.auditis ⁊ ibi no.per ber.⁊ Inno.⁊ idē videtur dicere ēt
in alijs expen.l.terminato ⁊ gl.ibi posita.j.de fructibus ⁊ lit.
expeñ.¶Itē queritur si reus est contumax ⁊ ideo fit missio i
pos.contra eum nunquid nihilominus habebit locum lex ista
pro expeñ.⁊ videtur qd nō qꝛ vnū remediū eligendo videtur
alteri renuntiare vt.j.de iure delibe.l.fina.§.sed qꝛ cy.tñ tenet
contrariū qꝛ per missionē nō est plene consultum actori nisi vt
tedio affectus reus veniat respondere ⁊ ideo nihilominus in
expen.tenetur scdm formam huius.l.⁊ pro hoc.ff.vt in pos.le
ga.l.is cui vel si velit recuperare possessionem nō poterit nisi
refusis expeñ.vt.j.de prescrip.xxx.an.l.si quis emtionis pe
nultimo responso.Item notandum qd cōtumax dici nō pōt
si iudex nō sedit ea die qua citatus erat vt dixi.s.eo.l.prope
randum.§.⁊ si quidem.Sed nunquid contumax citandus est
ad cōdemnationem istarum expensarū cy.⁊ alij tenent qd nō
qꝛ ex quo semel est cōtumax presumptio est qd adhuc erit.ar.
ff.de accu.l.si is cui.§.hisdem.In contrarium facit qd notaui
s.e.l.properandum.§.sinautē reus ver.Item querit̃ nūquid
citatus.¶Quid si procedatur contra aliquem ex denuntia
tione alicuius ⁊ denuntiator sit contumax an cōdemnabitur
in expen.cy.⁊ alij cōmuniter tenent qd sic ar.j.de excusa.tuto.
l.seueriter.⁊ de sumptuum recuperatiōe.l.vnica.li.x.¶Iteȝ
queritur nunquid ab ista sñia expensarum possit appellari qui
dam dicunt qd si sñia sit lata rōne victorie per.§.sinantem al
terutra.s.e.l.properandum qd tunc possit appellari vt.j.qñ
prouo.non est necesse.l.fi.Si super expeñ.contumacie secun
dum.l.istam tunc aut est vere contumax ⁊ non appellat aut fi
cte ⁊ appellat per ea q̄ dixi.s.e.l.properandum.§.cū autē ere
modicium Cyn.hic in istis expens.dicit idem qd in multa vi
delicet qd si duret contumacia nō possit appellari vt.j.de ap.
l.⁊ in maioribus.⁊ ita intelligit.e.ti.l.⁊ in mulctis.Item cum
hec lex faciat mentioneȝ de damnis quid de lucro perdito nū
quid veniet ex ista.l.Et videtur qd non quia damnum est di
minutio patrimonij vt.ff.de dāno infecto.l.iij.quod ergo de
vno dicitur de alio prohibetur vt.s.de procur.l.maritus.In
contrarium videtur.j.de sententijs q̄ pro eo qd interest ꝑfe.
l.vnica rē ra.ha.l.si cōmissa.⁊ de fur.l.si qs vxori.§.pen.Pri
mā tȝ pe.⁊ eam veriorē credo per hanc.l.licet secundam tene
at Jaco.de ra.Item quero aliquis erat delegatus in aliqua
cā obijciebatur qd nō erat iudex ꝓpter defectū rescripti ⁊ ita
ꝓnūtiatum fuit ⁊ actorem impetrātē cōdemnauit aduersario
in expē.cōdemnatus dicebat talem ɔdemnationem nullaȝ es
se quia iste iudex nō fuerat sicut apparet ex pronūtiatiōe dic
qd licet nō fuerit iudex quo ad cām principalē propter rescri
pti defectum fuit tñ iudex quo ad cognoscēdum vtrum esset
iudex vel nō ⁊ ideo tenuit cōdemnatio expensarum vt.s.si cō
tra ius vel vtilitatem publicam.l.prescriptione ⁊.l.⁊ si legibꝰ
cum ibi nota.⁊ pro hoc bene facit extra de rescriptis.c.finali
cum ibi notatis.Alia multa ⁊ pulcra de ista materia expens.
dixi.s.l.properandum.§.sinautem alterutra.et dicetur in.l.
terminato.j.de fructi.et lit.expeñ.¶In glo.vlti.ibi secundū
quosdam vt fuit dominus lotharius quōdam archiepiscopꝰ
pisanus et.l.sed si interpellat in arbitro loquitur vnde od.di
cit qd cum

cit qꝺ cum questio esset commissa prefato domino lothario ⁊
domino azoni cuiusdam pulcre domine concordauerunt ac-
cedere ad eam citandam ⁊ idem notat speculator de citatione
§.sequitur videre ⁊ no.secundum vber.

¹ ℭ Ad.bal. a in.l. sancimus.§.eo. titu.

Sed hodie. Alias incipit nouo iure ⁊ vide
qꝺ notat in corpore vñ sumitur
de iudi.§.oportet ⁊ plenius in speculo de expē.§.fi.
Et dic post iusiurandū declaratiuū expensaꝝ ⁊ v̇. ſʒ
si viderit loquit de expensis totius litis in quibus victus vi-
ctori ꝯdemnat ex diffinitiua.expense em̄ que ex ꝯtumacia ve-
niunt nō possunt per iudicē remitti vel taxari sed in his rema
net.l.sancimus secundū fran.⁊ ol.posset etiaʒ intelligi dictus
ver.sed si viderit in casu in quo ꝓ parte obtinuit ⁊ pro parte
succubuit vbi hincinde fit cōpensatio expensaꝝ vt dixi.s̄.e.l.
ꝓperandū.§.finautē alterutra. ℭ Ibi delatū sine illa taxatio
ne vt differat a sequēti. ℭ In glo.in fine hoc idem tenet glos.
in corpore vnde hec sumitur ⁊ dicta.l.qui restituere ⁊ dicta.l.
videamus.§.iurare. de in litem iurā. Sed que est ratio diuer
sitatis. Respondeo quia in iuramento in litem venit interesse
qꝺ est de affectione singulari eius solius cuius interest ⁊ ideo
appellatur singulare interesse.j.de sententijs que pro eo qꝺ ī
terest.l.vnica qꝛ igitur est de affectione singulari sepe ex ani-
mositate ⁊ astu fieret estimatio per iuramentum in litem cuʒ
in infinitum permittatur iurare vt dicta.l.videamus.§.iura-
re.⁊ affectio ascendit plerūqꝫ in infinitum vt.ff. ad exhiben.l.
penul.⁊ dicta.l.vnica.§.in alijs.j.de sententijs que pro eo qꝺ
interest proferuntur ⁊ que ex animositate procedunt tolera-
ri nō debent vt.j.de seruo cōi mā.l.j.§.penul.⁊.ff. mā.l. ita et
ideo permittit iudici taxare ⁊ ante iuramentum ⁊ post vt ibi
Sed in iuramēto expensaꝝ venit interesse cōe ⁊ qꝺ cōsistit in
dāno ⁊ ideo prius taxatur nō postea qꝛ iuramentū pro verita
te accipitur cū non sit de affectiōe singl'i presumitur verū iu-
rasse ⁊ nō esse immemor salutis eterne vt.j. ad.l.iul. repe.l.fi.
⁊ ideo iudex postea nō taxat ⁊ facit.ff.de iureiuran.l.non erit
§.dato. Sed videtur nūquā taxationi locū esse quia aut iura
uit verū ⁊ tunc videtur iniquū qꝺ iudex taxet ⁊ in minus cō-
demnet vt.s̄.eo.l.placuit.ff.de officio presi.l.illicitas.§. veri-
tas. Si falsum iurauit ⁊ in hoc est dubium vt predictum est
vnde in dubio presumitur verum iurare vt dicta.l.fi.ad.l.iul.
repe.nec debet queri de periurio vt.ff.de iureiur.l.fi.quia iu-
ramentum pro veritate habetur vt dicto.§.dato cum si. Rñ-
deo presumitur verum iurasse Sed quia in iuramento in litē
affectio est deceptibilis ⁊ excedit quandoqꝫ veritatem iō reli-
quitur iudici taxatio ante ⁊ post.vt predixi.

Pertissimi. Omissis filaterijs anti-
quoꝝ dic qꝺ hec lr̄a tria
dicit. Primo ponit formā recusationis. secundo
declarat an delegatus a principe possit recusari
⁊ qualiter ⁊ qñ. Tertio hoc extendit ad alios de-
legatos. ℭ Et concor.iij.q.v.c.quia suspecti cū ibi notatis in
gl.⁊ ꝑ archi.⁊ plene ꝑ gofre.in summa de ap.§.recusatur ⁊.§.
sequentibus ⁊ per hostieñ.in summa.e.ti.⁊ per rofre. in prin.
libelli vtrū recusetur ordinarius cū tribus titulis sequentibꝰ
⁊ per Innoc.extra de re.iudi.c.inter monasterium.⁊ per euʒ
⁊ per Innoc.extra de re.iudi.c.inter monasterium.⁊ per euʒ
dem ⁊ ber.de ap.c.cum speciali ⁊ capitulo secundo requiris ⁊
de officio delegati.c.suspicionis ⁊ eo.titu.c.iudex li.vj.⁊.c.le-
gitima causa cum ibi nota.per archi.⁊ Io.an.in speculo ꝺ iu
dice delegato.§.superest videre ⁊ latius de recusa.per totum
titulū ⁊ in margarita de iudi.ordinarijs ⁊ delegatis ⁊ tange-
tur.j.ne quis in causa sua iudicet.l.vnica.⁊ de iuris.om.iud.l.
nemo ⁊ in hac materia diuersitas est quo ad aliqua inter ius
canonicum ⁊ ciuile vt ex predictis colligi potest. In notorijs
non habet locum recusatio nec appellatio extra de ap. propo
suit ⁊ ibi in glo.⁊ per Innoc. ℭ An qui fuit socius criminis
possit si efficiatur iudex recusari dic vt no.in glo.in.l.si filium
j.de liberali cā. Querit glos.an ordinarius possit recusari in
hoc discordant. M.⁊ bul.in gl.opinio bul.approbatur ꝑ od.
⁊ cōiter per omnes doctores ⁊ rofre.in principio libelli dicto
titulo vtrū recusetur iudex ordinarius vbi de hoc subtiliter
notatur ⁊ in speculo dicto titulo de recusatione.§.j.in princi.
Sed de iure canonico opinio. M.approbatur expresse extra
de iudi.c.si quis cōtra ⁊ de ap.c.ad hec ⁊.c.cū speciali ⁊ ibi no
tatur. Quidā tñ moderni dicūt qꝺ nec ante litē conte.nec post
pōt recusari a reo ſʒ ab actore sic ante litē cōte.nō post vt.d.l.
nemo de iuris.om.iudicū ⁊ ista recusatio actoris ante litē cōt.
magis potest dici abiectio.s.nō procedendo in cā coram eo qꝛ
ad hoc non compellitur actor si non vult ⁊ hoc innuit glo.par
ua hic posita que incipit nō actori si non vult agere ⁊c. hodie
autē secus per auc.qui semel Dominus Jac.de are.dicit qꝺ
si cā vera recusatiōis inseratur vera est opinio. M.si sine cau
sa tūc opi.bul. Delegatus vero ante lit.cōte.pōt sine causa re
cusari post non nisi cum causa noua vl' antiqua que postea ap
pareat. Sed hec distinctio iudicio meo.l.nō probatur. ℭ Se
cundo q̄rit gl.an causa sit inserenda in libello recusatiōis ⁊ ꝓ
banda ⁊ od.qui de hoc hic late notat ⁊ cōiter alij doctores qꝺ
non sit inserenda nec probāda de iure ciuili ⁊ ex hoc sentit In
nocē.qꝺ citatus ad locū non tutū nō habet necesse dicere cau
sam quare nō sit tutus vt nota.extra de oper.no.nū. c.fi. ꝯtra
cuius opinionē in hoc facit.ff.ex qui.causis maio.l.iij.ad tre-
bel.⁊ de etate.⁊ qꝺ statim subijcitur. Rofre.enī in principio li
belli titulo an cā recusatiōis sit inserēda tʒ qꝺ inserenda sit cā
Quidā moderni dicūt eā allegandā ſʒ nō probandā vel si ꝓ-
betur qꝺ possit probari ꝑ sacramentū ar.s̄.de his qui ad ec.
cōfu.l.pn̄ti.§.sicubi ⁊ ad.l.quia poterat.ff.ad treb. que videt
facere pro opinione qꝺ nō sit allegāda respōdēt qꝺ loquit de
actu qui nō cōfertur in inuitū vt.j.de iure delib.l.nec emere ⁊
ita hic recitat cy. Opinio rofr.approbata est iure canonico ex
tra de officio delegati .c.suspitiōis de ap.secundo requiris ⁊.c.
cū speciali ⁊.eo.tit.c.legitima li.vj.⁊ in eis plene not.⁊ quia in
procuratore reuocando opus est cām suspitionis allegari et
probari vt.ff.de procur.l. Itē si suspectus. Sed hac opinione
retenta que sunt iuste cause recusatiōis dic qꝺ gofre. multas
notat in summa de ap.§.recusatur ⁊ latius speculator dicto ti
tulo de iudice delegato.§.superest videre alique etiā nota.in
glo.extra vt lite nō conte.c.accedēs primo ⁊ de officio delega
ti.c.cām q̄ inter R. ℭ Et est proponenda hec cā in scriptis vt
hic hr̄ in tex.⁊ gl.⁊ extra de proba.c.qm̄ ꝯ falsam ibi recusatio
nes ⁊ exceptiōes ⁊ ibi in gl. Sed corā quo dʒ proponi ⁊ ꝓba-
ri scđm oēs debent corā iudice recusato proponi ⁊ secundum
quosdam ēt probari sicut fit cū agitur an sua sit iurisdictio vt
ff.de iudi.l.si quis ex aliena ⁊ si quis in ius vo.non ierit.l. ij.⁊
ibi in glo.no. ℭ Sed iure canonico.de cā suspitionis cogno-
scunt arbitri ad hoc electi ⁊ non iudex recusatus vt.d.c. suspi
tionis.de officio delegati ⁊ de ap.cum speciali.eo.titu.c. legi-
tima.li.vj.de foro compet.licet ex suscepto ⁊ in specu. de recu
satione.§.qualiter ver.primo ⁊.§.effectus vltra principium ⁊
ab istis arbitris potest appellari ad papā vt extra de officio ꝺ
legati.c.ab arbitris li.vj.est tamen vnus casus in quo arbitri
nō cognoscunt de causa suspitionis.s.cuʒ subdelegatus a pa-
pa recusatur tunc enim cognoscit delegans vt de officio dele
gati.c.super questionum.§.qꝺ vero.⁊ ibi in glos. Sed de iure
ciuili si teneamus opinionē cōem qꝺ cā non sit inserēda eligū
tur arbitri.j.triduū secundū formā.l.ꝓxime.j. qui cognoscūt
de cā principali sicut cognoscere debebat recusatus ⁊ hoc in-
dicat tex.ibi sua iura proponere.s.super cā principali ⁊ ibi et
sic lite apparēte ⁊c. Sʒ si teneamus ꝑdictā opinionē rofr.quā
puto verā.s.qꝺ cā sit proponenda ⁊ probāda absurdum enim
videtur in potestate litigatoꝝ esse sine cā iudicē recusare tunc
causa proponenda est corā iudice recusato quo facto eligent
arbitri qui cognoscent de causa suspitionis ⁊ si pronuntiaue-
rint iudicem suspectum cognoscent ipsi arbitri de causa prin
cipali sicut cognoscere debebat recusatus. Si autem pronun
tient eum non suspectum agetur cā principalis corā eo ⁊ sic ī-
telligitur lex ista secundū rofre. Jaco.de are.dicit qꝺ de cau-
sa suspitionis cognoscet superior qꝛ non est questio de iurisdi
ctione ſʒ de ꝑsona iudicis ⁊ iō nō pōt ipse recusatus cognosce
re qꝛ sic esset iudex in cā ꝓpria. Sʒ.j.qꝺ tēpꝰ dʒ iudex recusari
scđm cōem opinionē.j.xx.dies vt.j.de lit.cōt.auc. offeratur ⁊
de sentētijs ⁊ interlo.om.iudi.l.cū papinianus ⁊ aut.⁊ conse-
quēter.alij dicūt qꝺ vsqꝫ ad lit.cont.cū sit dilatoria vt.j.de ꝓ-
ba.l.exceptionē ⁊ hāc sequitur cyn.j.de dilationibus.l.j.et de
hoc vide qꝺ pl'e notatur per gofre.in summa de dila.§.sunt ⁊
alie ⁊ de ap.§.sed querit de tpe ⁊ in spe.de recusa.§.cā recusa.
v̇.fit aūt recusatio Ja.de are.tʒ qꝺ ante lit.cōt.⁊.j.xx.dies fie-
ri debeat ⁊ post lit.cont.⁊ post.xx.dies ex cā noua superueniē
ti vel antiqua que tunc nota non erat sed mō ad notitiā perue
nit vt.s̄.si sepius in inte.resti.postu.l.ij.⁊.iij.⁊ extra de officio
dele.c.insinuante.⁊ de electione.c.vt circa.§.j.li.vj.⁊ idē tenet
dominus gui.allegans qꝺ que de nouo emergunt ⁊c.vt.ff.de
interro.act.l.de etate.§.ex cā.⁊ de ventre inspiciendo.l.j.⁊ qꝛ
idē in procuratore vt.ff.de procur.l.filiusfa.§.fi.⁊.l.sequē. Itē
qꝛ lʒ satisdatio rati sit prestanda ante lit.cōte.vt.ff.de procu.l.
pomp.§.rati.tamen si procur.interueniat post litē cōte. ꝑstā-
da est vt.j.de consor.eiusdem lit.l.ij.⁊ idem tenet cy.j.de iuris
om.l.nemo ⁊ ꝓ hoc ꝙ si cā suberat ſʒ tūc nō erat not.ſʒ postea
ad notitiā ꝑuenit facit.ff.de ꝯfir.tuto.l.in confirmādo ⁊ qꝺ vi
aut clam.l.semp.§.hoc īterdictū hoc ēt sentit bernar.extra de
rescriptis.c.sciscitatus in gl.q̄ incipit sup pēdēte ⁊ de ap.scđo

querit secus si ex internallo.vt.d.l.auia.⁊.l.cum a socero.s.ti. proxi.Item qr pater potest substituere filie per fideicōmissuz in dote.vt.ff.de lega.l.vltima.§.filie.sequitur ergo qd non est de bonis filie sed patris al's grauari non posset.vt.ff.ad treb. l.mulier.§.cum proponeretur.⁊ quia pater filie dotez iure legati relinquere potest.vt.ff.de le.ij.l.huiusmodi.§.pater.⁊ de lega.ij.l.cū pater.§.pater.ergo dos nō est filie nec dotis actio al's non teneret legatum.vt.j.de lega.l.proprias. Itē videtur casus.ff.de pactis doti.l.inter soceruz.§.j.vbi damnato patre qui dotē fuerat stipulatus fisco tanq̄ eius heredi ex stipulatu competit dotis actio.Item hanc opinionē tenet expresse glo. ff.de pactis dota.l.j.in vltima gl.vbi dr̄ expresse filiaz ex dotis stipulatione patris non agere nisi sit eius heres.⁊ idē tz gl.s. ti.proxi.l.si dote.⁊.ff.sol.ma.l.ij.§.qd si in potestate.soluendo tz qd patri viuenti repetitio competat vigore stipulatiōis nec filie consensus requiratur per prealle.l.quoties.ff.sol.ma.duz dicit in sua persona ⁊c.qr hoc verū filia in potestate constituta ea vero emancipata vel patre mortuo dos ad filiaz pertinebit et ei repetitio cōpetet per hunc.§.videamus.et auc.sed q̄nis ibi signatam ⁊ preallegata iura ⁊ actiones ad hoc allegatas ⁊ sic speciale qd hoc casu actio ex stipulatu non transeat ad heredes per iura predicta.huius dñi Dianysij determinationē sequuntur Jac.de rauan.Pet.de bella pertica.Rich.de malūbris ⁊ Ubaldinus de malauoltis. ¶ Accedit.s.actioni ex stipulatu.In ver.extraneū ibi act.damus que tū cōis erit patri ⁊ filie ne dicamus correctas.ll.ff.de solu.l.q hoīem.§.si gener. ⁊ so.ma.l.ij.ol.In glo.incontinenti in fine.ex hac glo.dicit cy. cōsultum fuisse padue quod nobilis qui dotauerat sine pacto quandā ecclesiā non posset postea aliqua pacta apponere.In glo.videntur ergo ibi.l.pater filie.hec nō facit pro hac opini. sed pro opinione Jo.expresse ibi duz dicit cū in vno casu dos ad eum regredi ⁊c.ol.Ibi pro emancipata dabat immo in.l.si ab hostibus nō fuit pater stipulatus.sed fingitur filia q̄ apud hostes decessit in potestate decessisse fictione.l.cornelie.ol.In gl.j.fingatur.nota bene hanc glo.ad materiā fictionū ⁊ p̄sumptionum ⁊ nota qualiter sumitur extraneus.aliter em̄ sumitur s.ti.proxi.l.si.circa principiū.⁊ ibi dixi ⁊ bene notatur in gl.j. de imponē.lucra.descrip.l.vnica.§.j.li.x.In gl.sed quid si stipuletur in fine immo qn̄ stipulatur actio est propria patris vt. ff.sol.ma.l.quoties.Quando vero nō stipulatur actio p̄cedēs ex ficta stipulatione cōis est patri ⁊ filie ⁊ exercitiū datur patri consentiente filia.vt.j.proximo.§.⁊ dicā plene.j.ti.p̄xi.l.pater Sed quero qn̄ extraneus stipulatur nūquid hz tacitam hypothecā puto qd nō qr speciale priuilegiū est vxoris ar.ff.so.ma. l.qr tale.⁊.j.qui potio.in pig.habeātur.l.assiduis.§.adhuc.et est exp̄ssum instituto de act.§.fuerat.in fi.⁊ dixi.s.e.§.⁊ vt plenius in fine.Sed nunquid iste extraneus tenebitur expectare annū in exigendo vt.s.e.§.exactio.dic q̄ nō qr hoc in muliere sola statutum est ideo forte qr.j.annū nubere nō dz.vt.s.de secundis nup.l.j.Quid si matrimoniū non tenuit qn̄ extraneus dedit dotem ⁊ nō fuit stipulatus quis repetet videtur q̄ mulier qr hic dr̄ quod donasse videtur.In ꝯtrium videtur qd donare presumatur solum qn̄ matrimoniuz valet ar.ff.de condi. causa data.l.si donaturus.⁊ de operis liberto.l.sicut.Ubert. Quid si frater dedit dotem pro sorore et de pecunia sororis et stipulatus est sibi reddi soluto matrimonio sine liberis vel si decederent.j.pupillarem etatē moritur soror instituto marito herede nunquid frater ex stipula.petere poterit dotem dic q̄ non si sorore ignorāte stipulatus est qr non potuit sorori ignoranti p̄iudicare.vt.ff.de reg.iur.l.non dz.⁊.s.de rebus credi. l.nec filius.⁊ qr res inter alios acta ⁊c. Si vero sorore nolente stipulatus est tunc dic aut est stipulatus vt minister aut vt donatarius.aut dubitatur de quo plene dixi.s.tit.proxi.l.ij.s̄m Jac.de are. ¶ An in dubio presumatur extraneus dotem p̄mittens de suo vel de bonis mulieris p̄mittere vide supra de dotis p̄missione.l.si.in glo.⁊ ibi plenius dixi ⁊ hoc ex rei vxo. act.Ibi ⁊ si idest q̄nis.ibi em̄ ex actiōe ex stipulatu od.Ibi rei vx.Jus.s.dictum.s.proxi.⁊ super isto.§.legitur.auc.sz q̄nis. ⁊ addit eidem quando dos ad patrem reuertitur.Ibi potestatis idest ratione potestatis patrie odof.Ibi pactionis idest stipulationis odof.vt supra de iure do.l.auia.vel proprie ⁊ tunc dic filiaz consensisse.vt eo.ti.l.cum a socero. Ibi mensurā imo cogitur eam dare sc̄do viro.pro hoc.ff.de iure do.l. dotē.⁊ est argu.quod pater filiam viduam teneatur secundo dotare.de quo plene dixi.s.de dotis promissione.l.si.ibi facultates eius patiuntur.s.patris qr pro modo facultatū dos constituitur vt ff.de iure dot.l.quero odof. Quid si filia velit intrare religionem nunquid tenetur pater dotem habitā a primo matrimonio soluto eidem dare ⁊ puto q̄ sic quia et istud est matrimonium sp̄uale ⁊ fauor religionis ⁊ quia magis curandum est de anima quam de corpore in auc.vt cū de ap.cogno.§.si autem. et pro hac opinione est.s.de epis.⁊ cler.l.deo nobis.Ubertus Secus si efficiatur bigina s̄m Cy.hic ⁊ Jo.an.qr nullam religionem profitentur ⁊ damnate sunt in clementinis de statu regularium.c.j. ¶ Quid si vult nec nubere nec religionē intrare sed per se stare dicit Uber.qd tunc nō tenetur pater ei dotē dare qr eam perdere posset ⁊ suspitio est contra eā quod nolit bonam vitam ducere recedendo a patre sed eam alere dz s̄m facultates ⁊ dignitatē vber. In glo.vltima ibi de iure doti.l. dotem.⁊ soluto matri.l.in his.§.vxor. ¶ Et cum lex ibi cōsentiente muliere supple.sed ea cōsentiente permittebat.Ibi consentiebat subaudi fieri permittebat ibi sed etiā in prouincialibus.Sublata est em̄ differentia italicorū ⁊ prouincialiuz.vt.j. de vsucap.transfor.l.vnica.in principio odo. Ibi in omnibus terris viget ergo lex in omnibus terris.de quo dixi.s.de summa trinitate ⁊ fide catholica.l.j. ¶ Et pro declaratione materie huius.§.vide qd notatur.j.de fundo do.l.j.⁊.ff.de fideiussor.l.cuz lex.⁊ dic s̄m Jac.de are.qd interdū consentit mulier alienationi fundi dotalis et tunc aut est proprie dotalis quia inestimatus qui proprie dicitur dotalis.vt.s.titulo proxi.l.in rebus ⁊ hz locum iste.§.qr non pōt alienari nec obligari etiaz cōsentiente muliere nec etiam si iuraret.vt hic in glo.qd tū nō est verū iure canonico si iurat.vt ex̄ de iureiur.c.cum cōtingat ⁊ ibi no.⁊.e.ti.c.ij.lib.vj.contra hoc tū sacramentū paratuz est remediū ⁊ consilium mulieribus s̄m speculatorem.s. quod in principio iurent se nunq̄ consentire alienationi quia tūc non valet s̄m iuramentū cum sit primo contrariū vt no.per euz de emtione ⁊ venditione.§.tertio loco.ver.⁊ nota personale consilium.⁊ ver.verum si res dotalis.⁊ ver.sequentibus in quo.§. satis no.de materia huius.§.⁊ ad hoc facit quod no.per host. in summa de iureiurā.§.quot comites.ver.Item si duo iuramenta. Si aūt improprie sit dotalis vt quia datus estimatus quid iuris sit ⁊ qn̄ mulier consentit alienationi rei mariti sibi obligate pro dote vel rei date in donationez propter nuptias dixi.s.ad velleia.auc.siue a me siue ab alio.predicta vera sunt in re immobili nam res mobilis data in dotem etiam inestimata alienari pōt.vt.s.de iure doti.l.iij.⁊.j.de seruo pignori dato.l.j.vbi de hoc dixi.⁊ ita tz hic glo.⁊ azo in summa de fundo.dot.§.si.⁊ per Od.⁊ Ric.in decisa.e.ti.l.fi.⁊ dicunt expressum.ff.de iure do.l.res que.⁊ pro hoc etiam qr prohibitio alienationis rerum ecclesiasticarū ad mobilia non extenditur. vt extra de rebus eccle.non alie.c.hoc consultissimo.et ibi not.⁊ hanc opi.tz Jac.de ra.s̄m Cy.dicta auc.siue a me.lz dicat pet. tenuisse idem in rebus mobilibus qd in immobilibus.⁊.ff.de manumissionibus.l.seruū dotalez. ¶ Si aūt mulier alienat ⁊ maritus cōsentit locum hz.l.s.de iure do.l.si predium.cuz ibi notatis Jac.Sed nūquid prediū dotale poterit permutari ⁊ videtur q̄ nō per hunc.§.⁊ qr appellatione alienationis continetur permutatio.vt.s.de rebus alie.non alie.l.fi.⁊.d.l.j.j.de fundo doti.In ꝯtrium videtur si sit vtile mulieri.vt.ff.de iure do.l.ita constante.⁊.l.sequenti.⁊ de tuto.⁊ cura.datis ad his. l.non tm̄.in fine.nam non videtur alienare si in melius permutat.vt.ff.de leg.ij.l.imperator.§.fi.⁊.l.sequenti de adim.lega.l. pater.⁊ de tributo.l.procuratores.§.non aūt.⁊ qr idem est in ecclesia.vt.s.de sacro san.eccle.auc.sed ⁊ permutare.⁊ videtur casus.ff.de iure do.l.fi. In contrariū multū facit.j.de predijs minorū.l.non solum. Sed an cum viro permutare possit vidi dubitari.⁊ videtur q̄ non cum ipse sit dñs rei dotalis.vt.s.ti. proxi.l.in rebus vnde non potest plus sua fieri.vt instituto de legatis.§.sz si rem.⁊ de excep.rei iudicate.l.⁊ an eadē.§. actiones.et qr idem esset permutator ⁊ cum quo fieret permutatio qd est impossibile.vt.ff.de rerū permutatione.l.j.preterea nō potest mulier permutare rem que sua non est sed viri.vt.d.l. ¶ Uidi cōiter per peritos teneri quod si sit vtile mulieri possit permutare etiam cuz viro ⁊ quia ipsa dña est saltem spe.vt. d.l.in rebus.et ibi dixi et ratione spei perficitur sepe contractus.vt.j.de donatio.l.spem. videtur em̄ maritus rem dotalem restituisse vxori et postea habere ex causa permutationis ab ea arg.ff.si certum petatur.l.singularia.⁊ de donatio.inter virum ⁊ vxorem.l.iij.§.fi.⁊.l.ea que in fine. Nam etiaz cōstante matrimonio dos exigi potest vt fundus idoneus ematur.vt. ff.de iure dot.l.mutus.§.j.nec est differentia facienda vtrum hoc faciat cum viro vel alio quia non refert a quo quid fiat vt ff.de verbo.oblig.l.cum seruus. Maritus enim excepta donatione nō prohibetur cum vxore contrahere.vt.ff.de donat. inter virum ⁊ vxorem.l.qd autē.§.imperator.⁊ nedum inuita sit talis permutatio immo ⁊ in morte.vt.ff.de leg.ij.cuz pater §.qui dotale.et qn̄ dies lega.ce.l.quod pure.Itez videtur ex-

pressuz in vsufructu dato in dotē qui estimatur ꝛ estimatio repetitur sol.matr.vt.ff.de iure do.l.eum in fundo.§.vxor viro. Sed si hoc est quare nō pōt pati qd vendatur alteri ꝛ marito sic per dictū.§.vxor viro.forte dici posset qd si alteri venderetur forte pecuniā perderet qd nō sic est in viro qui statim pretiū in causam dotis recipit.vnde.d.Mar.de fano cōcedit permutationē fieri posse cū viro etiā estimando rem in pecunia si sit vtile mulieri ꝛ intelligit esse vtile si daret vtile.i.soluto matrimonio sit estimatio salua mulieri ar.ff.de fundo do.l.erit in fi.ꝛ propter hoc dr plerūqꝫ vtile mulieri esse.vt.ff.de iure dot. l.plerūqꝫ.in prin.Itē vide ad hanc materiā qd notaui ꝛ dixi. ff.de vsucap.l.cū vir.qd pecunia dotalis possit in pdia ꝯuerti planum est.ff.de pac.dot.l.si mulier.ꝛ.l.si maritus primo rñso Mar.de fano. Illud in fine facit ad qōnem statuti quo cauetur qd muliere predecedēte ꝛ nō extantibus liberis nō teneat maritus restituere nisi dimidiam dotis qd locū habeat solum in dotibus futuris post statutū non in preteritis.de hoc dixi satis.s.de legibus ꝛ constitu.l.leges et constitutiones.

De pactis cōuentis tam super dote ꝛc. Rubrica.

Legem. De materia huius tituli vide per azo.in summa.eo.et est hec lex de verbo ad verbum.s.de pactis.l.legem.ꝛ dic vt ibi notatur.

Fructus. Od.approbat primam opinionē glo.s.qd loquatur in vxore ꝛ nō in viro ꝛc.

Cleānis. Qn pactum patris circa dotem factum preiudicet filie vel nō ꝛ econuerso dicyt notatur per azo.in summa huius tituli. §.est aūt extraneus.ꝛ.§.sequētibus.ꝛ vide qd dicaz.e.l.pater.ꝛ qd dixi.s.ti.pxi.§.videamus.In glo.j.in fi.vel dic fm.M.fil.aut fit pactū qd dos remaneat apud virum soluto matrimonio ꝛ nō valet tale pactū tanqꝫ contra publicā vtilitatem factū qꝛ mulier remaneret indotata.vt hac.l.aut fit pactū de ea restituenda ꝛ hꝫ locū lex auia.In glo.abundat ibi inter patrē ꝛ filiū hec falsa qꝛ patria potestas impedit saltem ciuilez obligationē.vt.ff.de condi.indeb.l.frater a fratre.In fine ar. s.fami.ercis.l.si filius.Alij qd stipulatio valet inter patrem et filiū si cōferatur in tps existentie sui iuris ar.ff.de stip.seruorū l.fi.ꝛ de dona.inter virū ꝛ vxorez.l.qꝛ in id tps ꝛ sic fuit hic alij quod est speciale in dote vt teneat stipulatio inter patrē ꝛ filiū in potestate constitutum sicut ꝛ al's fauore dotis statim dominium transit in filiam quā cito tradit ꝛ recedit a patre vt.ff.fami.ercis.l.pōp.philadelphus.ꝛ hanc dicit Cy.approbare Ja. de are.quod est nota dignum.

Hereditas. Ibi testamento datur sicut ex pacto ꝛ hoc sequitur.Ibi obligata imo videtur qꝫ sic.vt.s.ti.pxi.§.ij.Sed dic qd vel loquitur in extraneo nō in viro.vel qd loquitur fm antiqua tpa fm que nō erat tacita hypotheca ante predictam.l.s.ti.proxi.Querit gl.de eo qd sepe fit aliquis hꝫ filiam vnicā ꝛ eā maritat ꝛ marito pmittit post mortē suaz oīa bona sua vtrum valeat ꝛ tꝫ qꝫ sic.ꝛ pro hoc facit hec lex a ꝯrio sensu. ff.de iure do.l.si pater.ꝛ de hoc plene dixi.s.de pactis.l.fi.In gl.inter virū ꝛ vxorē.Ibi fructuarij cōstitutus.vt.ff.de vsufr. le.l.vsufru.inutiliter ꝛ de iure dot.l.iul.ibi cum alterū.s.testamentum ol. Ibi vnius voluntate vt.s.de sac.sanc.eccle.l.j.de adim.le.l.iij.§.fi.de iure codi.l.diuus.§.licꝫ.old.Ibi alterū.s. pactū.Ibi nō.vt.s.de act.ꝛ oblig.l.sicut.old. Ibi alterū.s.testamentū ol.Ibi alterū.s.pactū ol.Ibi ex duoꝝ ad minus voluntate dependet vt ptꝫ ex diffinitiōe pacti.ff.de pactis.l.j.ol. Ibi alterū.s.testamentū ol.Ibi transfert dñium rei eñ legate dñium transit a morte testatoris sine aliqua traditiōe.vt.ff.de furtis.l.a tytio.ꝛ de le.ij.l.legatū ita ol.Ibi alterū.s.pactū ol. Ibi nō vt.s.de pactis.l.traditiōibus.ꝛ.ff.de actiōibus ꝛ obl. l.obligationū substantia old.In glo.ibi extraneo in fine hunc vltimū casum hic approbat odof.et magis conuenit litere od. In glo.neqꝫ reali hec est glo.que facit ad questionē quaz.s.in prin.huius.l.notaui ꝛ notabilis est ad hanc materiam.

Pater. Od.hic sequitur secundā opi.glo.s.qd loquatur de nepotibus ex filio et dicit speciale in eis pp affectionē auitā.vt no.s.e.l.pactū Sꝫ quare est aliud in matre vt ibi aliud in patre vt hic dicam.j.de cōtraben.stipulatione.l.ij.In gl.vt.ꝛ.d.l.in'fi. de hoc dic vt dixi.s.de act.ꝛ obli.l.j.ꝛ distingue fm ol.cū queritur qñ pater stipulatur vel pacisčitur filio an querat ei actionem dic aut emancipato ꝛ nō querit ei directam.vt.s.de iure do.l.cū pater.ꝛ.l.si genero.vtilez sic vt hic.ꝛ.ff.sol.ma.l.gaius Sꝫ an econtra filij querant parentibus.de matre est casus qꝫ non.ff.ad treb.l.debitor.§.fi.ꝛ ratio est qꝛ officiū superiorū est prouidere inferioribus non econtra per matrez aūt filio benequeritur vtilis.vt.s.e.l.pactum.ratio aūt differentie inter patrem ꝛ matrē est patria potestas.vt.ff.de ver.obli.l.qd cumqꝫ. in prin.ꝛ.l.stipulatio ista.§.alteri.ꝛ dixi de hoc.j.de cōtraben. ꝛ cōmit.stip.l.si filie.ꝛ plenius.ff.de ver.oblig.l.qd cumqꝫ.§.j. Si aūt filio in potestate stipulatur vel paciscitur pater aut cōfert stipulationē seu pactum in existentia sui iuris ꝛ querit vtilem filio.vt.d.l.quodcūqꝫ.§.j.ꝛ de pactis do.l.si ita conueniat Si simpliciter aut aliquid dari ꝛ tunc ipsi patri directa queritur ꝛ est profectitia.vt.ff.de ver.obli.l.dñs.ꝛ.l.eum qui ita.§. qui sibi aut filio.ꝛ instituto de inutili stip.§.ei vero.Aut stipulatur aliquid fieri ꝛ tunc aut illud fieri interest patris principaliter ꝛ tunc vtilis acquiritur ipsi filio.vt.ff.de ver.obli.l.stipulatio ista.§.si quid stipuler.ꝛ.§.si quis insulaz.aut nō interest patris sed est soluꝫ filio stipulatus vel pactus rōne affectionis ꝛ tūc ipsi filio acquiritur vtilis.vt.ff.de operis libertoꝝ.l. si quis operas.ꝛ.l.cū patronus.§.j.Sꝫ quare filio ī potestate acquiritur cū.l.non caueatur dicunt doctores qꝛ si acquiritur filio emancipato qui reputatur extraneus.vt.s.titu.proxi.l.j. §.extraneum.multofortius in potestate cōstituto.In casibus aūt qñ pater stipulatur sibi fieri ꝛ sua pncipaliter interest agit filius actione directa.vt.ff.de ver.obli.l.quod dr.old.

Hac lege. Ibi parapherna expone.vt.s.in gl.rubrice ibi gubernari ꝯcor.xij.q.j.precipimus.in prin.ꝛ ex de dote post diuor.resti.c.pe.In gl.vt ꝛ.j.ne fideiussores doti.dentur in fi.de hoc plene dixi.s.de legi.l.leges sacratissime.ꝛ ad.l.celicolarum.responde qd hic equitas repugnat bono ibi vero concurrunt.ꝛ ad.§.licet.qd ibi loquitur hortando nō iubendo.vt ibi no.Item oppono de dicta.l.j.de vsucapione vbi bonū prefertur equitati.So.aut bonū fundatur ratione speciali ꝛ prefertur equuz vt hic aut ratione generali ꝛ publica ꝛ prefertur bonum vt ibi ꝛ an quis cogatur ad bonū distingue aut repugnat bono equitas aut mora seu culpa aduersarij aut bonū ꝛ equū simul concurrunt.primo casu si equitas prefertur bono non cogitur quis ad bonū vt hic.si vero bonū prefertur equitati tunc cogitur quis ad bonū.vt.ff.de vsuc.l.j.ꝛ de hoc.s.de leg.l.j.ꝛ de iudi.l.placuit.scdo casu nō dꝫ quis cogi ad bonuz sed equitatē.vt.d.§.lꝫ.tertio regul'r dꝫ quis cogi ad bonū.vt. ff.si certū petatur.l.si ꝛ me ꝛ tytiū ꝛ hocybi quis est obligatus ad id qd est bonū ꝛ equū al's nō cogitur quis precise ad bonū. vt.j.de here.insti.l.iij.sed causatiue.i.metu pene vel exhortatione premioꝝ.vt.d.l.celicolarum.ꝛ de iustitia ꝛ iure.l.j.circa principium.xxiij.q.j.ad fidem.ꝛ ex de iudeis.c.sicut iudei.vbi de hoc nisi quis suscepisset prebendā officium vel beneficium dignitatē vel fidē.tunc eñ est cogendus ad bonū.vt ex de vita ꝛ honestate clericoꝝ.c.cum clericis.vbi de hoc.xlv.dist.de iudeis.ꝛ no.d.c.sicut.ꝛ facit.ff.de arbi.l.iij.§.j.ꝛ in auc.vt differen.iudi.§.si vero contingat.Jac de bel.

Ex morte. Ibi exactio possit eius qd excedit. vt.j.l.pxi.ꝛ.j.de dona.l.sancimus.cū si.Ibi oblatiōis.i.realis traditiōis eo casu quo traditio facta fuit nulla pmissione precedēte ol.et corrigitur hec lex per auc.hic positā.In gl.imo dicit in fine vel dic non clare qd perinde est ac si nihil diceret.vt.ff.de interroga.actiōibus l.de etate.§.nihil.quod eñ ibi dr multis modis intelligi poterat.vt ex glossarum diuersitate ibi positarū apparet ol.

Legem. Hec lex determinat precedentē ꝛ od. hic legit auc.equalitas.quā gl.legit.s.l.proxima.Itē habeo hic quandā auc.que incipit sed q̄ nihil.quā quidam nō habent ꝛ determinat qōnem que hic formatur in gl.qñ nulla est data dos ꝛ donatio fit et pactū apponitur de lucrando ꝛ sumitur de corpore de non eligen.secundo nuben.§.fin.

Si mulier. Primo dicit maritum agere posse sine cautione de rato.secundo dicit eū habere cōmodum vsurarū exactarū. Tertio qualiter p his res mariti obligētur. Quarto vxorem posse exigere cautiones suas per quācumqꝫ personam ꝛ repetere cautiones suas a marito prestita sibi securitate.Ultimo dicit qual'r maritus pro his rebus personal'r obligetur.In glo.ij.in fi.hoc vex cum instrumenta tradunt coniuncte persone vt marito.si eñ non esset coniūcta persona per talez instrumentoꝝ traditionē agere nō posset.vt ex de officio dele.c.corā.ꝛ ita tꝫ Cy.d.l.maritus.In glo.quid in naturalibus ibi.l.penul.hec non loquitur in paraphernis q̄ requirūt traditionē veram vel fictam a muliere fieri.vt in pcalle.§.dotis.In

tis. In e. glo. in fi. so. vt ibi τ dic ratione vt ibi notatur in glo. Jac. de bel. Dubiũ huius gl. sepe cõtingit de facto qꝛ mariti sepe recipiũt fructus naturales τ industriales rerũ parapher naliũ: queritur an restituere teneãtur. Et gl. ista τ od. ꝙ naturales restituantur qꝛ in eis laboꝛ vel expensa nõ vertitur. in industrialibus secus alibi glos. indistincte tꝫ oẽs restituendos. s. de iure do. l. vbi adhuc q̃ incipit. sic ergo fructus donatiõis Dñs thomas piperata doctoꝛ boñ. publice disputauit qõnez τ habeo eã in libro qõnum disputa. pro qõne. xlvj. τ ibi eaz videas τ incipit paterfa. filie sue nupte et post multa allegata ꝓ τ contra non facit differentiã inter fructus naturales τ industriales qꝛ lꝫ maioꝛ laboꝛ circa industriales vertatur tñ τ circa naturales vertitur laboꝛ in colligendo et cõseruando. vt. ff. de peti. here. l. si a patre vel dño. §. fin. vnde ipse distinguit qꝛ aut fructus extant τ tũc sunt restituendi arg. l. si stipulata. §. j. hic in glo. allegata. τ qꝛ hec lex dicendo de vsuris videtur denegare de fructibus. Nam fructus τ vsure in multis differũt. vt. ff. de rei ven. l. si nauis. de peti. heredi. l. si possessoꝛ. de vsuris. l. in fideicõmissi. τ no. s. de cõdi. indebi. l. j. τ hoc innuit expresse lex penul. ad. l. fal. hic in gl. allegata dum dicit apud maritũ resedisse constiterit. aut sunt cõsumti dicti fructus. τ tũc subdistinguit qꝛ aut maritus recepit dictam rem vel fructus tñ contra voluntatẽ vxoris. τ tunc restituendi sunt oẽs fructus vel eorũ estimatio. vt. j. de dona. inter virũ τ vxoꝛẽ. l. de his τ de cri. expila. heredi. l. aduersus. Aut percipit qꝛ vxoꝛ voluit ei donare dictos fructus τ tunc tenetur quatenus locupletioꝛ factus est vt. d. l. de his. cũ si. Si aũt voluit ei donare dictum fundũ tunc hꝫ locũ. l. de fructibus. ff. de dona. inter virũ τ vxorem. Si aũt percepit vt ex rebus parapheꝛnalibus et consumti sunt tunc nõ sunt restituendi maxime industriales ar. huius. l. τ glo. hic posite. τ ar. eius quod dꝛ de operis seruoꝝ perceptis per maritum. vt. ff. de dona. inter vir. τ vx. l. si id qd. §. si quis. nã seruorum opere dicuntur fructus. vt. ff. de ope. seruoꝝ. l. fructus. τ. l. in bonis tho. Hanc etiã distinctionẽ sequebatur. d. ol. τ allegabat. ff. ad treb. l. deducta. §. qui post tp̃s. et instituto de rerũ diuisione. §. si quis a non dño. qꝛ maritus est bone fidei possessoꝛ ex quo voluntate vxoris possidet. τ ideo de consumtis non tenetur. vt. s. de rei ven. l. certũ. old. In gl. qñ ab initio ibi. §. si ex conuẽtione. Ista gl. notabilis est τ sepe allegatur in causis. s. ꝙ specialis ꝓuisio hoĩs tollit ꝓuisionẽ legis. Circa qd Jac. de bel. dicit hic aut ꝓuisio legis est cõtra ius cõe et tunc tollitur per specialẽ ꝓuisionẽ vt hic. aut est ẽm ius cõe τ tunc siquidez est extraoꝛdinaria τ causa supplendi iuris ciuilis introducta tũc tollitur per specialẽ prouisionẽ. vt. ff. de precario. l. τ hꝫ §. cũ quis. τ ar. ff. de eden. l. quedam. in prin. Si aũt est oꝛdinaria si renuntiatũ est ei tacite vel expresse tunc etiã tollitur per specialem. vt. j. de re iudi. l. ad solutionẽ. τ. j. de excep. rei iudicate. l. si tñ. τ. j. de noua. l. fi. cum cõcoꝛ. Si aũt non est ei renuntiatum tunc nõ tollitur. vt. ff. de eo qd certo loco. l. j. cũ concoꝛ. de hoc notatur. s. de iure emphi. l. ij. In glo. que incipit per se ver. quid si emphiteota. τ. ff. sol. mat. l. si cum dotẽ. in prin. Ja. Ibidẽ in. d. l. ij. ver. vj. queritur sic distinguit aut legis ꝓuisio non cõpetebat adhuc sed erat cõpetitura nisi homo sibi prouideret. aut ꝓuisio legis tunc cõpetebat. primo casu aut illud ex quo legis ꝓuisio dꝫ oꝛiri interuenit ad ꝓuisionẽ hoĩs implendam aut nõ. Si intercedit ad ꝓuisionez hoĩs implendã verbi gratia numero tibi. x. oꝛitur conditio nisi stipuler mihi reddi tunc si stipuloꝛ qꝛ prouisio legis intercedebat ad prouisionem hoĩs implendã ex quo numeratio fiebat gratia implende stipulationis nõ oꝛitur certi conditio. vt. ff. de noua. l. si ita. §. fi. τ. l. sequenti. Si vero illud ex quo prouisio legis dꝫ oꝛiri non intercedit ad prouisionẽ hoĩs implendã tunc idez dicendũ est qd dicetur qñ legis prouisio non erat cõpetitura sed iaz cõpetebat. secũdo casu qñ legis prouisio cõpetebat tunc refert aut prouisio hoĩs apponitur aĩo nouandi prouisionẽ legis τ tunc videtur renuntiatũ prouisioni legis. vt. d. l. iiij. §. si ex conuentione de re iudicata. τ. j. de execu. rei iudicate. l. penul. Aut nõ apponitur aĩo nouandi τ tunc aut prouisio legis erat de iure cõi aut de iure speciali. Si de iure cõi non videtur renuntiatũ prouisioni legis per prouidentiã sibi factam per hoĩem. vt. d. §. si ex conuentione. si de iure speciali tunc videtur renũtiatuz prouisioni legis per ꝓuisionem specialem hoĩs. vt hac. l. cum concoꝛ. Cy. τ pro predicta distinctiõe facit. ff. de testa. mili. l. iij. τ qd beneficium legis non tollatur per specialem ꝓuisionem testatoris facit de alimẽ. τ ciba. le. l. lucius. ¶ Alij dicunt aut prouisio legis τ hoĩs sunt eiusdem generis vt ambe circa hypothecam τ redditionẽ precarij vel restitutionẽ dotis de quibus loquuntur. ll. hic allegate τ tunc per specialem ꝓuisionez hoĩs videatur renuntiatum prouisioni legis. Secus si sint diuersorum generũ τ in se diuersa deducant. vt. ff. de manumis. l. causam. §. j. τ pro socio. l. duo societatem. §. vlti. old. τ vide qd notatur in. l. j. §. vnde. ff. de publicanis. j. in gl. allegata. In e. glo. ibi permittit vir concedendo in vna re hypothecaz ol. In ea. gl. in fi. τ. d. §. idem respondit. τ vide qd no. in. d. §. vnde in glo. τ per Dy. τ Jaco. de are. τ ille. §. vnde nõ est contra proximam qõnem sed ad precedens notabile de prouisione legis et hoĩs. Sꝫ solue qd hic in pacto seu contractu permittitur ibi a lege causa remouende dubitationis. vt no. s. de pcur. l. maritus. Jac. de bel. in qõne ista vltima glo. vidi seruari qd mulier ex pacto non possit deterioꝛẽ causam dotis facere. vt. ff. de pactis do. l. de die. cum. ll. sequentibus. τ hanc sequebatur Jaco. butrigarij. τ de hoc tactum fuit. s. ti. proxi. §. τ vt plenius.

¶ De dote cauta non numerata Rubꝛica.

s Uper rubꝛica. Uide azo. in summa.

DOtem. In glo. sed ẽm hoc oẽs ibi sed dic quod renũtiauit exceptioni. s. post confessionez dotis qd fit hodie cõiter in oĩbus instrumẽtis dotalibus de qua renuntiatione plene dixi. s. de non nume. pecu. l. si ex cautione. et ibi in glo. Ibi nisi prescriptio sit. s. temporis statuti ad opponendaz exceptionẽ non numerate dotis Ol. Ibi etiã si ante. s. prescriptionem completam. Ibi matrimoniũ si fiat confessio ꝓ sponsum aĩo exercendi liberationem in sponsam ol.

QUod de suo. Ibi matrimonio secus si diuoꝛtio facto vt. ff. de vb. obli. l. si diuoꝛtio ẽm azo. τ vide qd ibi notaui. versi. secundo oppono. Ibi legitime q̃tum ad formã sed non erit legitima q̃tum ad substantiã impedientẽ matrimonium. τ vide qd notaui τ dixi. s. de dotis promissione. l. si voluntate. In glo. vlti. ibi so. i. diuoꝛtio. τ sic fuit tacite reuocata vt. j. titu. proxi. l. a marito. τ ibi notatur ibi hic moꝛte τ sic fuit tacite confirmata. vt. j. titu. primo. l. res vxo. τ. l. sequenti. p. sy. ibi τ hec. s. mulier. Ibi ei. s. viro old.

IN dotibus. Oppono quod stetur instrumento. vt. l. cuz precibus. de proba. so. vt dixi in. l. si ex cautione. s. de nõ nume. pecunia. τ ibi in glo. Item op. e. titulo. l. in cõtractibus. §. j. so. vt ibi dixi. omniqꝫ persone facit ꝙ quis possit se obligare vna cũ marito principaliter in dote. de quo dixi. j. ne fideiussores dotium dentur. l. j. In glo. s. liceat opponere ibi vel ante. s. instrumentum dotale sit facta confessio.

QUod locum. Ibi denegatur post finem matrimonij sꝫ eo durante semper. τ ꝓ declaratione huius auc. vide qd plene notatur per azo. in summa de tẽp. in integ. resti. prima columna. ver. nec facit pro eo. τ versi. sequentibus τ in coꝛpoꝛe vnde hec sumitur in glo. τ in summa eiusdẽ tituli. Et nota ꝙ si donatio ꝓpter nup. in casu huius auc. fuerit cõstituta mulier non ꝓõt ex ea petere nisi quatenus soluit pro dote. vt. s. ti. proxi. auc. sꝫ que nihil. que sumitur de nõ eligendo secundo nubentes. §. fi. et in nouellis tertio titulo de dote ascripta non numerata.

¶ De dona. inter virum et vxorem. Rubꝛica.

SUper rubꝛica. Uide plene azo. in summa. eo. τ per goffre. τ hosti. in summa. e. τ in libel. rofre. de senatusconsulto emiliano. In gl. rubꝛice ibi non valent vt supra de donati. ante nup. l. fin. Old.

b Dona. Patet ex glo.

SI ancillam. Ibi focarie. i. concubine τ idem multofoꝛtius in milite celestis militie ẽm odo. τ Cy. qꝛ etiã concubinas eis habere nõ lꝫ. vt. s. de epis. τ cle. l. eum qui probabilem. idem in minoꝛe adulescente. vt. ff. man. l. si vero nõ remunerandi. §. si adulescens. Idem in aduocatis qꝛ τ ipsi militare dicuntur. vt. s. de aduo. diuer. iudi. l. aduocati. od.

DOnatio. In glo. cum esset in potestate patris qꝛ sine eius cõsensu tũc donare non posset. vt. ff. de pactis. l. contra iuris ciuilis. §. si filius. odo. In glo. quod fecisse foꝛsan in fi. de hoc dic vt nota. j. de dona. causa moꝛtis. l. nec fratris. Oldr.

Hec inter eas. Utrū vxor hodie possit donare filijs mariti cum marito nō querat nisi quo ad vsusfruct⁹. vide qđ no. in gl. j. e. l. si cōstante. ꝛ rō huius. l. est fraus q̄ presumitur in istis personis qꝛ cū cōiuges sibi adinuicē donare nō possint donarēt istis psonis ꝛ sic fieret fraus de psona ad psonam. od. Et ad hanc materiā vide qđ no. in sum. e. §. nō solum An istis psonis possit mortis cā donari vide in summa. e. §. et qđ dico tenere, mortis cā dona. vt. ff. e. l. si iteꝝ. §. j. ꝛ ibi in gl. ꝛ. §. si vxor rē. An aūt eis legari possit p coniuges vꝫ ꝙ nō qꝛ subest eadē ratio ꝛ qꝛ legata dicunt̄ donationes. vt. j. de cadu. tollen. l. vnica. §. in primo ꝛ insti. de leg. §. j. ꝛ regl'r similia sunt. vt. ff. quoꝝ legatoꝝ. l. j. §. si quis. ꝛ pro hoc. ff. de iure fisci. l. ita fidei. In ꝯtriū facit. ff. de his quibus vt indigni. l. vlti. in prin.

Ut proponis. Ibi dedit per qđ ipꝫ nomen donasse vꝫ. vt. j. de dona. l. j. od. ꝛ ol. Et aduerte qđ ad hoc vt ista donatio morte cōfirmetur opꝫ ꝙ donatio tpe mortis nō habeat impedimentū qđ quidē habuit in hac. l. ꝛ qꝛ defuncti volūtas pendere non potest. vt. ff. cōia prediorum. l. vlti. Cy.

☞ Quesita per fratres in cōi existentes an cōia censeantur.

Etiam. Sepe allegat̄ hec lex in fine sui. vt. ff. e. l. quintus. ꝛ ibi in gl. ꝛ si maritus ꝛ vx. cōiter emāt res aliquas locus est psumtioni huius. l. vt no. per ber. ex. e. c. ij. tenetur ergo mulier pbare ꝯ istā presumtionē lꝫ videat̄ cōtra. ff. de iure fisci. l. extat decretū sed dic vt ibi no. ꝛ vide qđ not. de ista materia per carolum in lōbarda de spō. l. si qñ. hec tū lex de facili fraudatur qꝛ mulier fingit se mutuo accipere a consanguineo vel amico ꝛ sic cessat huius. l. presumtio. Quid si tabellio stipulatus est noie mulieris a tytio centū q̄ confessus fuit ab ipsa muliere mutuo recepisse ꝛ lapsuꝫ est bienniū ita ꝙ nō pōt obijcere exceptionē nō numerate pecunie nūquid presumetur de bonis viri vꝫ ꝙ sic per hāc. l. In ꝯtriuꝫ est qꝛ possibile est ꝙ mulier nō numerauit pecuniā sꝫ biēnium successit loco numeratiōis maxime qꝛ instrumentū nō cōtinet numerationē sꝫ solū debitoris cōfessiōeꝫ inter q̄ refert vt no. s. de nō nu. pec. l. si ex cautiōe. ꝛ sic debitor nō est obligatus re sꝫ literis seu vbis ꝛ hoc credo verius. An quesita per fratres in cōi existētes cōia psumantur dicvt no. ꝛ dixi. ff. p socio. l. cū duobus. §. idē rn̄dit si fratres. ꝛ vꝫ expssuꝫ in lōbarda. de succes. l. si fratres post mortē patris. ꝛ ibi no. p carolum. Querit vber. de bobio si mulier dicat se habuisse añ matrimoniū ꝛ vir dicat ꝙ post cui incūbat pbatio ꝛ vꝫ ꝙ mulieri qꝛ qui ante factū dicit pbare dꝫ. vt. s. de rei ven. l. quoties In ꝯtriū est de pba. l. matrē. cū ibi notatis. vbi dicit post factū pbare dꝫ. ipse tꝫ ꝙ presumtio sit p viro. vt. s. de epi. ꝛ cle. auc. licentiā. ꝛ ideo mulieri incūbat pbatio. Itē querit nūquid eadem presumtio sit si mortuo viro heres hoc dicat ꝛ videtur ꝙ sic qꝛ preall'. lex quintus. ff. e. loquitur indistincte. ipse tū distinguit qđ si breue tps est ꝙ maritus sit mortuus locū habeat psumtio huius. l. si longū nō ar. ff. de fundo dotali. l. si fundū. et de cōfir. tut. l. in ꝯfirmando. Itē q̄rit si mulier vēdidit ꝛ maritus agat ꝯ emtorē an hec psumtio operabitur ꝯ emtorē vꝫ ꝙ sic sicut ꝯ mulierē qꝛ nemo pōt plus iurꝫ trāsferre ꝛc. vt. ff. de acqui. re. do. l. traditio. ꝛ de contrahen. em. l. alienatio. et ita tꝫ ipse vber. ¶ Ibi intelligat. i. intelligere velit qđ tū verū nō est vt. ff. de dona. l. donatiōes. §. eiusmodi ol. ¶ In gl. prima ibi eius nomine depono quo casu actio vtilis queritur ei cuius noie deponitur. vt. s. de exhibē. l. si res. ꝛ ibi notatur ol. ¶ In gl. hec gratia ibi si defunctus. So. illud regulare hic speciale propter rationem hac glo. positam Jaco. de bel.

Per voluntate. In glo. j. in fine al's non potuisset hec puella habere tutorem. vt. s. de petitione hereditatis. l. si putas. old.

Si fructus. In gl. dꝛ est ibi in pupillo immo hoc solū attendit̄ an vere sit locupletior an tantūdem esset erogatura. vt. ff. e. l. si spōsus. §. cōcessa. ꝛ ibi no. ol. Ibi si vxor filio ꝛ rationem diuersitatis dic vt notaui. d. l. pro oneribus. in fi. old.

Esi de tua. In glo. i. non quatenus ibi. l. si cum vxore. Cy. fm Jac. de ra. tꝫ considerandū esse vtroqꝫ casu vtrū mulier esset emtura vel non. ꝛ sic intelligit dictam. l. si cum vxo. Cy.

Si maritus. Hec lex aurea est in materia restitutionis spoliatorum qꝛ ante oia restituenda est possessio spoliato. p hoc. j. ad l. iul. de vi. l. si quis a se fundū. si per vim vel alio modo. l. j. ꝛ. j. de agri. ꝛ censitis. l. si coloni. li. xj. ꝛ extra de resti. spo. c. itē cum quis. ꝛ. c. j. ꝛ. e. ti. per Ber. Inno. ꝛ Host. in apparatu. ꝛ p Jo. and. ꝛ Archi. e. ti. li. vj. ꝛ in summa. ꝛ per Gof. in summa. e. tit. et specula. ꝛ melius de petitorio ꝛ possessorio. ꝛ per rof. in libello iuris canonici qualiter cōcipiatur libellus qñ aliquis dicit se spoliatū iuribus suis an pro rebus mobilibus cōpetat possessoriū. vide qđ notaui. j. de seruis fugi. l. j. ver. tertia q̄stio est ¶ De ista etiā materia restitutionis spoliatoꝝ bene habetur extra de ordine cog. c. cū dilectus. ꝛ. c. si. per ber. Inn. ꝛ Host. ꝛ in decretis. iij. q̄one prima in summa. ꝛ. c. j. ꝛ. c. reintegranda ꝛ quasi per totā q̄onem in textu glo. ꝛ per archi. Et que excep. opponi possit spoliatiōe restituatur no. per eundē Arch. viij. di. quo iure. ꝛ. xxiij. di. c. in nomine dn̄i. ꝛ in specu. dicto titulo de petitorio ꝛ possessorio. §. qm̄ in superioribus. ꝛ per Gof. in summa. de resti. spoli. §. generaliter. ꝛ. §. sequentibus. ¶ Ubi etiā no. vtrū spoliatus per iudicē sit restituendus. de hoc etiā no. lxxiiij. di. c. quorūdam. predo etiā non canonice institutus si spoliatus est restitui dꝫ. vt ex de resti. spo. c. in literis. ꝛ. iij. q. j. c. deus. ¶ Est tū notandum qđ lꝫ ista causa restitutionis sit priuilegiata in ea tū dꝫ offerri libellus ꝛ ordo iudiciarius seruari. vt ex de officio dele. c. consultationibus. ꝛ vide. j. vnde vi. l. momentanee. nisi qñ quis spoliatur lite pendente. tunc eniꝫ iudicis officio sine libello statim dꝫ restitui. vt not. per Cardi. extra de electione. c. cupientes. An exceptio dominij cōtra petenteꝫ se restitui admittatur ac. videtur sentire quod sic in gl. magna in fine. ff. de iudi. l. si de vi. in contrariū facit. s. locati. l. si quis conductionis cū ibi notatis. ꝛ hanc tenent canoniste. vt extra de resti. spo. c. literas. §. j. in glo. istoꝝ opinio. ꝛ. §. porro. ver. preterea. in gl. hic ptꝫ ꝛ speculator dicto titulo de petitorio ꝛ possessorio in principio. Si aliquis dicat se spoliatū beneficio ꝛ prebenda ꝛ spoliator dicat eū sponte renuntiasse cuius probationes sint primo admittende dic vt extra de restit. spo. c. sollicite. ꝛ de renun. c. super eo. ꝛ ibi in glo. Ber. ꝛ latius per Inno. An spoliatus si conueniatur ab alio quam a spoliatore possit repelli exceptione spoliationis. vide. d. c. frequens. li. vj de restitu. spo. ꝛ per inno. de rescrip. c. ex parte. ꝛ specul. dicto titulo de possessorio ꝛ petitorio. §. j. v. et breuiter teneas. ꝛ. iij. q. ij. c. opꝫ. ꝛ. d. c. cum dilectus. de ordine cogni. §. nos. in gl. q̄ incipit quia nec vidi. Ibi maleficijs eius. s. vxoris q̄ dicebatur virum maleficiasse. vt. j. de malefi. per totū od. ꝛ dicit Uber. de bobio dn̄m Roge. per hunc tex. iuuasse quandā comitissam q̄ priuata erat comitatu ꝛ iuribus suis per imperatorē ex eo qđ dicebatur eā venenasse comitem allegando eaꝫ ante oia restituendā deinde cognoscendū de crimine ꝛ sic factū fuit Uber. ¶ In gl. vltima ibi illa causa immo dic fm̄ D d. Gui. de suz. ꝛ cy. qđ separata est qꝛ primo mulier spoliata dꝫ restitui deinde cognosci de causa maleficij ꝛ proprietatis vt predixi.

Sicut. Per se patet.

Si maritus. In glo. j. ibi. §. ideꝫ. vbi de hoc. ꝛ. j. de lega. l. iij. ꝛ. ff. de dona. l. si. §. penul. Ibi odiosa. i. a lege phibita. hec eīn prohibitio ex odio coniugꝰ non procedit. vt. ff. e. l. si id quod. §. si quis operas. ꝛ ideo sequens solutio verior. vt no. in glo. ff. de dona. l. si. §. lucius. old.

Si quidem. Ibi eius. s. creditoris. Ibi celebrata iure dico eo quod ꝛc. old.

Ex verbis. Ibi vtilia sunt. s. al's inspecta verboꝝ superficie ꝛ figura ol. Ibi relinquendi studio. i. aīo. ol. Ibi huiusmodi verba q̄ qualia sint statim dꝛ in glo. old. Ibi lecto testamento nota sic. ff. de transac. l. de his controuersijs. ol. Ibi cōseruasse confirmando donationē ibi ex senatuscōsulti sic construe sꝫ ostendit dominiū mortis tpe tibi esse quesitū ex senatuscōsulti auctoritate quatenus potuit ꝯfirmare liberalitatē mariti tui cui custodiende etiā moriēs pspexit. In gl. ad quā cognoscendā in fine. hec vera etiam in dubio. si possunt verba testatoris intellectui aliqual'r cōuenire. vt. ff. de leg. iij. l. librorꝫ. §. qđ tū cassius. al's secus. vt. ff. de leg. iij. l. si qs in fundi vocabulo ꝛ de rebus dubijs. l. in ambigua. ol. In gl. nam cognita volūtate in fine ꝛ in dubio legatū presumitur. vt dixi. s. proxima gl. ꝛ pbatur. ꝛ no. in. d. l. nō aliter. de lega. iij. ꝛ ita tꝫ hic od. In gl. q̄ inserta ibi sufficiant res a me donate ol. In gl. s. estimatiōis ibi. l. petitor. so. hic fideicō. pōt habere vtilitateꝫ ꝛ ideo valet. vt. d. l. petitor. in prin. sꝫ si non pōt habere vtilitateꝫ nō valet. vt. e. l. in fi. Jac. de bel. In glo. s. liberalitati ibi de le. j. l. legata. ꝛ ex de fide instru. c. cuꝫ ioannes. In ꝯtrium est qꝛ qui confirmat dat. vt. ff. de verb. sig. l. obuenire hereditateꝫ ꝛ ibi

tem. ⁊ ibi in gl. ⁊ in auc. de defen. ciui. §. interim. ⁊ ibi in gl. ⁊ in summa az. qui. mo. naturales effi. legi. circa mediũ. ⁊. ĩ. de cõfirma. tuto. l. ij. ⁊ ibi in gl. canoniste tenent qđ si cõfirmatio est facta in forma cõi tunc nihil noui tribuit sed solũ vetus ꝯfirmat Si aũt cuz cause cognitiõe vel ex certa sciẽtia principis vel pape tunc nouũ ius tribuit. vt ex̃ de confirma. vtili vel inutili per totũ. ⁊ no. in. c. j. per ber. ⁊. c. de cõfirma. per Inno. ⁊ in summa eiusdẽ tituli per gof. ⁊ host. ⁊ in spec. de instru. edi. §. nũc videndum restat. ⁊ de rescripti ꝑsentatione. §. ij. ver. sequitur videre de cõfirma. ⁊. xij. di. de preceptis per archi. ⁊ tetigi. s̃. de eden. auc. si quis in aliquo documẽto. ṽ. adhuc cõsueuit queri. Ibi donasset vel nõ. Sz hoc declarabitur per verba in testõ ꝓlata quibus statur ꝯ euz. vt. ff. de le. iij. l. vxori. §. fi. vñ dic qđ ꝓdest hoc querere pp fructus. vt. ĩ. e. l. donatiões. Itẽ op. de. l. si donatio. ĩ. de dona. ⁊ solue. vt ibi no. ol. l. sequens per se ptz.

☞ Mulier an mortuo viro debeat habere vestimenta sua.

I filij. Ibi donandi aĩo. † Querit an mulier mortuo viro debeat habere vestimẽta an restituere heredibus mariti. qđ debeat habere precipua facit. s̃. fami. ercis. l. filie. ff. e. ti. l. q̃ pater. s̃. si quis alteri vel sibi. l. ij. de peculio. l. id vestimentũ. ⁊ de dona. l. donatiões. §. species. ⁊ hoc si perpetuo vti voluit qđ videtur qꝛ est socia diuine ⁊ humane domus. vt. ĩ. de cri. expila. here. l. aduersus ⁊ vna domus. vt. ff. ad sill. l. j. §. si vir ⁊ vxor. et qꝛ fuit in obsequio mariti. vt. ff. cõmo. l. in rebus. §. possunt. ⁊ qꝛ sunt vna caro. xvij. q. iij. agatosa. ⁊ duo ĩ carne vna. extra de diuortijs. c. gaudemus. ⁊ ad hoc concor. ĩ. de dona. inter virũ ⁊ vxorem. l. penul. In contrariũ est qꝛ illa vestimenta processerũt de bonis viri vnde ea detinere non põt naz iure legati nõ qꝛ non fuerunt legata iure donationis nõ qꝛ donatio nõ presumitur cuz donare sit perdere. vt. ff. de dona. l. filius fami. ⁊ de proba. l. cum de indebito. Item qꝛ donatio non presumatur apparet qꝛ habuit de necessitate emere sibi vestes. vt. ff. sol. mat. l. si cuz dote. §. si maritus. ⁊ in necessitatibus nemo liberalis existit. vt de dona. l. donari. ⁊ de adimen. le. l. rem legataz. Cũ igitur nõ fuerit donatio non põt morte confirmari. ⁊ ideo nõ dz habere precipua. vt. ĩ. de colla. l. si donatione. alij tñ dicunt qđ si maritus erat diues presumatur donatio ar. ff. e. l. vtrũ. Jac. de are. tz hic ⁊ ita dicit fuisse pronuntiatũ de facto qđ nõ haberet precipua per iura predicta. nõ obstat. l. filie. qꝛ ibi pater de necessitate emere nõ tenebatur ⁊ ideo donare presumitur. eandẽ opinio. tz dy. ff. sol. ma. l. in his. §. j. per quẽ. §. determinat qõnem predictam Jac. de are. ll. sequentes per se patent.

I constante. Ibi mater tua vel vxoris tue. vt. ff. eo. l. iij. §. socrũ ⁊ sic sunt duo intellectus old. In glo. in fine saltem circa acquisitionẽ vsusfru. hanc opi. sequũtur Ja. de ra. ⁊. M. sil. ẽm Cy. hic q dicit tenere dona. quo ad ꝓprietatez sed non quo ad vsumfru. ⁊ ꝓbant qꝛ si mater donat filio eunti ad castra tz donatio vt. ff. e. l. iij. ⁊ ratio est qꝛ patri nõ queritur eadem ergo est ratio in aduentitijs quo ad proprietatẽ qꝛ patri non queritur Cy. ⁊ hec est opinio azo. in summa. e. §. Item qꝛ contingit coniuges. odo. tamen hic cum glo. concor.

Reditor. Scilz viri od. Ibi simulate geruntur per creditorem fingentẽ se vendere cum non vendat old.

I proprijs. Ibi acceperas o mulier. In gl. vltima in fine. qđ est verũ in dignitate q̃ hz administrationẽ de qua dicetur. ĩ. ad. l. iul. ambitus sed hic loquitur de alia dignitate puta qꝛ maritus factus est miles ⁊ vx. ad militiam aliqua donauit Cy. vel dic ꝙ etiam in dignitate q̃ est cuz administratione posset dari ẽm. l. in auc. de sanctissimis episcopis. §. ꝓ consuetudinibus. vel dic qđ dabatur pecunia nõ vt dignitatẽ impetraret sed vt onus ⁊ expensas decrete dignitatis sustineret et faceret. vt. ff. de colla. bonorũ. l. j. §. sed an id. de dignitate autem adipiscenda loquitur pꝛealle. lex qđ adipiscende ol.

Maritus. In gl. ibi sicut in acceptilatiõe interposita super obligatiõe cõditionali. ol. Ibi. l. si quidẽ. ⁊. l. precedenti si maritus ol.

I te in vacuã. In gl. prima ibi aliter. i. non per traditionem non nuda promissione ol. Ibi non perficiebatur donatio. vt. ĩ. de dona. l. si quis argentũ. §. fi. ⁊ de dona. que sub modo. l. iij. old.

Res vxoris. Duas hz partes. In prima matrimoniũ fuit solutuz. in secũda non. In prima dr ꝙ pena mariti que tollit ciuitatẽ ⁊ libertatẽ confirmat donationẽ factam vxori. Si aũt pena solam adimat ciuitatẽ nõ confirmat sz in pendenti ponit donec reuocetur vl' morte naturali confirmetur hoc dicit. Scđo nota ꝙ mors ciuilis naturali equipollet. de quo dic vt dixi. s̃. de epis. ⁊ cleri. l. deo nobis. Item nota ꝙ donatio facta vxori per virum cedit premio pudicitie. op. de. l. cũ hic status. §. si donator. ff. e. ⁊ solue vt in glo. qꝛ ibi est casus diuersus non aduersus qꝛ ibi fuit factus seruus hoĩs hic pene ⁊ rationẽ diuersitatis redde vt in gl. qꝛ ibi est dñs q põt reuocare ar. ff. de lega. j. l. legatũ seruo. Sed qñ est seruus pene non adest qui reuocet sed hec ratio sic videtur destrui qꝛ nõ plus dz operari fictio quã veritas. vt. ff. si cer. peta. l. si fili⁹. ⁊ de here. vel act. ven. l. ij. §. fi. Sz vbi est vera mors naturalis ⁊ heres qui reuocare põt non reuocatur sz cõfirmatur. vt. ĩ. l. proxi. ergo idem vbi est mors ficta. s. ciuilis. Sed dic aut per mortẽ naturalẽ vel ciuilem succedit heres vel fiscus ⁊ hz locum hec lex. aut nullus succedit vt per verã seruitutem vbi nõ hz nec habere potest. vt. ĩ. cõia de succes. l. seruus tunc lz fingatur mortuus non tñ simpliciter ⁊ non ẽm casum. l. nostre. ⁊ ideo donatio infirmatur. et hanc solutionem innuit textus. d. §. si donator. Opponitur de auct. hic signata dic qđ corrigit. Op. ꝙ ista donatio cõparatur legatis ergo nõ valent si in seruitute reducantur. vt. ĩ. ad. l. fal. l. in donationibus coniuncta. l. eius qui. ff. de testa. Sed dic qđ verum est ꝙ comparant legatis sed nõ per oĩa. vt hic ⁊ ibi ideo gl. distinguit tres species donationũ in duabus primis ẽm Jac. de are. bene dicit. In tertia. s. q̃ est inter viuos. gl. ista alijs contradicit. Nam hic ⁊ in. l. post contractũ. ff. de dona. tz qđ post contractũ capitale crimen donatio facta valet nisi sententia sit subsecuta donat. ⁊ pro hac opinione facit. ĩ. de bonis prescrip. l. si quis post hac. ibi ante prescriptionẽ ⁊ ibi in glo. ⁊ ita videtur ẽm hãc opinionez donationẽ factã qñcumq₃ ante sententiã tenere alibi tz gl. qđ post litem conte. in crimine nõ possit malefactor donare vt no. ff. de accusa. l. ex iudiciorũ. ⁊ de administra. tutorũ. l. chirographis. azo in summa de dona. §. quis possit. et de bonis prescriptoꝝ circa mediũ. ver. quid de reuocatione rerũ alienatarum in effectu concor. cuz ista glo. Et de ista materia no. per dñm gui. de suz. in suis qõnibus statutoꝝ quinta charta. ver. sed pone statutũ est ꝙ quicũq₃ fecerit maleficiũ per Gandi. de bonis male. ver. Sed pone. ⁊ in specu. de dona. ver. Itez pone ⁊ de hoc hic late per Od. ⁊ Ni. in decisa qui dicunt opinionez ipsius od. seruari de facto bonoñ. ⁊ eam sequitur Jac. de are. vt statim subijciam. dicit eñ quũ queritur vtrũ donatio facta inter viuos ratione criminis reuocetur inter non ꝯiuges considera. aut sententia nulla est lata contra malefactorẽ eo viuẽte ⁊ tunc donatio regulariter nõ reuocatur qꝛ deficit principale. s. qđ non potest ferri sententia post mortẽ ⁊ hic est intellectus dicte. l. post cõtractum. ⁊ probatur hoc. ff. de pub. iud. l. defunctis. ⁊ qđ morte criminosi extinguatur crimen regulariter ꝓbatur. ĩ. si reus vel accusa. mor. fuerit. l. j. Fallit in crimine lese maiestatis ⁊ alijs exceptatis in quibus queritur post mortem de crimine. vt. ff. de dona. l. donationes. §. perfecte. ĩ. ad. l. iul. maiesta. l. penul. ⁊. d. l. ex iudicioꝝ. de accusa. Si vero sequatur sententia condẽnatoria in personam malefactoris aut certum est eum donasse in fraudem criminis commissi ⁊ non valet aut sine fraude ⁊ valet. vt. ff. de dona. causa mortis. l. si aliqs. Aut dubitatur tunc aut donauit sine suspitione pene vt qꝛ nondũ deliquerat et postea deliquit ⁊ tunc est firma nec reuocatur vt dicta. l. si aliquis post hac ⁊ hic. Aut donauit suspitiõe pene qꝛ iam deliquerat. ⁊ ideo suspicari debuit se puniendũ. vt. ff. de verb. signifi. aliud. ⁊ tunc reuocatur. vt. ff. de manu. l. qui pene serui qui ⁊ a quibus ma. liberi non fi. l. si pene. §. fin. ⁊. dicta. l. si aliquis ibi q̃uis ⁊ cetera a contrario sensu ⁊ de bonis dam. l. cum ratio. §. ex bonis q bene ad hoc facit. Sed instabis quõ sciam. Utrum suspitione vel non fecerit respondeo vt dictum est qꝛ si fecerit post delictuz presumetur qđ suspitione pene qꝛ suspicari debuit se puniendũ vt dictũ est ⁊ si hoc non suspicaretur in hoc stultus esset qui non dz esse melioris conditionis quam peritus. vt. ff. qđ vi aut clam. l. seruus. l. si vero nondum deliquerat sed statim post donationem factam delinquit tunc presumitur qđ cogitauerat delinquere qñ donauit ⁊ sic sequẽtia declarant precedentia. vt extra de electione. c. officij nostri ⁊ ibi no. qꝛ ex his q̃ incontinenti fiunt colligitur mens habita in sequẽtibus. vt. ff. ad macedo. l. sed iul. §. sz si filius. de priui. credi. l. si ventri. §. fi. ⁊ si quis testamento liber esse iussus fu. l. j. §. fi. Et hec reuocatio fiet per officiũ eius qui hz exequi ⁊ recuperare bona. vt. d. l. chirographis. §. j. ⁊ ibi not. ⁊ ad sil. l. senatus. Sz quid si vendidit nũquid est idẽ qđ in donatiõe dic aut venditio fuit simulata et tunc certum est ꝙ non valet. vt. ff. de

act.⁊ oblig.l.cõtractus. Sꝫ inveritate nõ reuocatur nisi ꝓbetur de participatione fraudis.vt.ff.q̃ in fraudẽ creditoꝝ.l.si a debitore.⁊.l.qui aũt.§.si tñ. In donatario vero nõ ꝯsideratur sciuerit vel nõ.vt.e.l.qui aũt.§.similiꝙ modo. Jac.de are.⁊ de hoc vltimo dic.vt notatur per cy.ĩ.ad.l.iul.maie.l.fi. Dy.vero in predicta materia dicit aut donat post accusa.sed ante sñiaꝫ ⁊ tunc presumitur donare pp suspitionẽ pene.⁊ ideo postea secuta sententia condẽnatoria nõ valet donatio. aut donat ante accusationẽ.⁊ tunc siquidẽ erat deprehensus in crimine nõ valet postea secuta condẽnatione pp dictaꝫ suspitionẽ si nõ erat deprehensus valet donatio qꝛ tũc cessat dicta suspitio arg.ad hoc.ff.de bonis eoꝝ qui mortẽ sibi conscive.l.fi.circa princi.et ita intelligit dictaꝫ.l.post cõtractuꝫ.vt ibi notatur per eundẽ dy. Sꝫ cy.qui idẽ vt predictũ est in effectu notat.d.l.si qs post hac arguit cõtra predictã distinctionẽ.dy.doctoris sui de.l.cũ quidã.ff.de iure fisci.vbi videtur qđ post delictum requiratur sentẽtia per quã delinquẽs debitor efficiatur al's nõ videatur facere in fraudẽ fisci etiã si sit accusatus cuꝫ adhuc nõ sit debitor.vt ibi notatur ⁊.ĩ.de iure fisci.l.j.li.x. Nec obstat si dicatur qđ in.d.l.cũ quidã.non diminuit sed nõ adquisiuit qꝛ idem est vt.e.titu.l.in fraudẽ.⁊ hoc dicit cy.facere cũ sortitur dubitare nisi intelligatur.d.l.cũ quidã.prout no.de iure fisci.l.facultas li.x. In gl.q̃ incipit al's est ⁊c. Opinio od.⁊ predictoꝝ eius sequaciũ vidi cõiter in iudicijs obseruari circa tñ presumendaꝫ fraudẽ vel nõ videtur adijcere qđ si delictũ erat patẽs ⁊ notorium presumatur emtor ⁊ donatarius male fidei. Si aũt latẽs ⁊ occultũ tunc cõtra arg.ff.de pe.here.l. Iteꝫ veniũt.§.petitã. dicit etiã qđ facilior est fraudis presumtio vbi fieret alienatio oĩum bonoꝝ quã rei singularis vel singularũ.vt.ff.q̃ in fraudem creditoꝝ.l.oẽs.§.lucius.od.hec cõiter tanguntur per doctores.latius tñ de hoc dixi in.d.l.post contractũ.effectus tñ ⁊ veritas ex predictis colligi põt in gl.vlti.ibi testamentũ rumpatur.vt de iniusto rupto et irrito testõ.l.si qs exheredato.§.irritũ.ol.ff.de testa.l.eius qui.§.fi.⁊ vide qđ ibi no.qꝛ videtur cõtra notata in auc.proxima sed qđ hic no.credo verius ſm ni.de matarellis.ĩ.de here.insti.l.j.vbi tꝫ circa dãnatos ad mortem nihil immutatũ.⁊ concor.ff.de penis.l.qui vltimo.⁊ quod ibi no.⁊ dixi.ĩ.qui testa.facere possunt super rubrica.

Ed hodie. Ista auc.corrigit.l.C. quo ad duo.s.ꝙ nullus nimis ex pena efficitur seruus nec matrimoniũ soluitur ⁊ per ꝯñs pendet donatio q̃ statim confirmatur per.l.C.in gl.vltima in fi.vt ex̃ de coniugio seruoꝝ per totum ⁊ an per penam soluatur matrimonium.vide.ĩ.ti.proxi.l.j.

SUper rubrica. Expone vel ꝓ idest cy.⁊ vide azo.ĩ sũma.e.⁊ in spe.de curatore.§.fi. rubricella instĩm cura.ad litẽ.⁊an teneat̃ facere inuentariũ⁊ satisdare dixi.s̄.de episco.audiẽ.l. de creationibꝰ.vt.j.e.l. ad ꝓtegendã. ⁊.s̄. de tutore qui nõ satisdedit super rubrica.Quis possit dare cura.ad litẽ.Spe.de curatore tz ꝙ ois iudex etiam delegatus. In ꝯtrium videt̃ q̄ misti imperiũ est.vt.ff.de tutelis l.mutuo.§.tutoris dati.vbi de hoc ⁊ probatur de curatore ad litem qḋ sit misti imperij.e.ti.l.qui hz.§.quolibz die qui loquitur de cura.ad litẽ⁊gl.ibi posita dicit qḋ est misti imperij ergo non põt delegari.vt.ff.de tuto.⁊cura.da.ab his.l.nec mandante ⁊ hoc satis ĩnuit lex prima.s̄.qui petantur tutores. vbi dicit a cõpetenti iudice peti debere quasi dicat nõ ab omni vt idem sit ius in isto spãli quod in generali argu.ff.de rei ven.l.que de tota.⁊ ideo olim vocabatur p̄torius q̄ a pretore dabat̃ vt instituto de aucto.tuto.§.fi.cuz ergo curator hodie in locum eius

detur ab eodem magistratu dabitur ar. instituto de act. §. fuerat. ⁊ hanc opinionē expresse tenet Inno. extra de pcura. c. petitio. circa finē prime glo. ⁊ de hoc etiam no. instituto. de attili. tuto. §. in puincijs. hoc tamen fallit in delegato pape ⁊ subdelegato ab eo qui dat talem cura. in litibus que corā eis vertuntur: vt extra de iudicijs. c. fi. §. fi. lib. vj. ⁊ idem dicerem in delegato principis ⁊ subdelegato ab eo cum sit eadē ratio. Sz quo loco dabit iste curator dicunt quidam qđ eo loco ⁊ per eum iudicem ordinarium vbi causa vertit. vt. s. vbi petantur tuto. l. j. vbi de hoc. Idem tenet Petrus de bella ptica in. l. diuus. ff. de tuto. ⁊ curato. datis ab his per. l. de predijs minor. ⁊. l. si pdium. cum ibi notatis per Jacob. de are. ⁊ per Cynū ⁊ ad hoc facit quod notatur. ff. de iudicijs. l. si longius. in fine. Sed contra hoc videtur quod iudex domicilij vel originis det talem curatorem licet causa sit alibi. vt. s. de administratione tutorum. l. finali. §. ⁊ si quis. ibi continuo curator enim in competenti iudicio ordinari. ⁊ dicto. c. fina. de iudi. lib. vj. vbi dicit per suum episcopū dari. Sed dici potest aut agitur de curatore simpliciter dato ad lites qui videt datus ad omnes. vt dicta. l. qui habet. §. fi. ff. de tutelis. ⁊ talis dandus est a suo iudice ordinario ⁊ poterit omnes causas vbicūq vertantur agere. ⁊ sic intelligantur iura predicta que videntur loqui in curatore simpliciter cōstituto ad litem qui satis equiparatur generali. aut querit de curatore dato ad vnā litem tantū ⁊ tunc detur ab eo sub quo lis vertitur si sit talis cui de iure hoc competat sicut dicitur in prorogatione. s. de iurisdic. om. iudicū. l. j. ⁊ tunc sit vera dicta opinio pdictorum. Jaco. ⁊ Pe. ⁊ hoc satis bene probat dictum c. vlti. in prin. vbi dicit de suo epo loquitur de dato simpliciter ad lites vbi aūt dicit dari a delegato dicit ad illam causam tm. Sic etiā dicitur in tutore. si datur simpliciter administrat oīa etiam extra illam puinciam: vt notat in glo. ff. de excusa. tuto. l. pter litē. §. licet. aut dandus est ad certa bona ⁊ tūc iudex illius loci vbi sunt bona ⁊ non alius ipm dat. ⁊ sic debet intelligi glossa. ff. de excusa. tuto. l. non solum. §. qui testamento. ⁊. j. de excusa. tuto. l. ij. ⁊ de hoc notatur in summa huius tituli. ⁊ dixi dicta. l. j. s. vbi petant tutores. Sed an talis curator ad lites inuitus cogitur. quidam q nō. vt. ff. de cura. bo. dan. l. ij. §. item queritur. ⁊. ff. de tutelis qui habet. §. si pupillus. vbi dicitur nō dari curatorem ad litem nisi presentem ex quo innuitur q non inuitum al's frustra eius exigeretur presentia. alij dicunt q inuitus detur sicut ⁊ inuito. vt. ff. de mune. ⁊ hono. l. munerum. §. defensorem. ⁊ quia etiam dicto. §. item queritur. dicitur curatorem bonis ex causa inuitum dari. et ita notatur per Cynum supra qui petantur tutores. l. j. ⁊ hanc vltimam tenebat dominus Oldradus quia munus est publicum ⁊ in cura. bonis dando dicebat speciale.

Si quas petitiōes. Hec lex ⁊ gl. hic posita facit ad qōnē si tutor tenet pupillo rei ven. vel ecōtra vtrū possit gerere tutelam nō obstante autē. minoris debitor. de quo dic vt ibi notatur.

At tibi. Ibi qui laudatus. i. facto sibi denūtiamento ab emtore qđ defendat. vt. j. de euict. l. auctore laudato. ⁊ qđ subijcit experiri possis subaudi si tibi placet. Nam ⁊ vendicare potes eo modo qui sequitur sed ne tuum ius ⁊c. ⁊ pro hoc. s. de administra. tuto. l. cum quidam. ⁊ per hoc soluitur contrariū de. l. non em. ff. rerum amotar. licet glo. aliter soluat. Od.

Ad ptegendam. Ibi siue p. i. ⁊ p hāc l. tz. d. gui. de luz. q cur. datus ad litē non tenet facere inuentariū de quo dixi. s. de epali audien. l. de creationibus.

Siue ex testamēto. Dicit gl. hic posita vt satisdet rem pupilli saluam fore. ⁊ sic tenet q curator ad litem hanc satisdationē prestat. de quo dixi. s. de cura. ⁊ tutro. qui non satisdedit super rubrica.

De eo qui pro tutore negotia gerit. Rubrica.

Super rubrica. Uide azo. in summa huius tituli. ⁊ Rof. de vtili act. neg. gest. ⁊ sequenti titulo.

Etiam. In glo matres vel auie vel ēt alie mulieres q tutrices esse non possunt vt in glo. sequenti. In gl. quasi tutrices ibi rō diuersitatis sed dic fauorē pupillo debitū notare differētiam: vt notatur dicto. §. si quis. quasi vnde pcedens opinio vera est et ad. l. militie. j. allegatam q videtur s dic q ibi in personam administrantis non erat impedimētum imo priuilegium militie quod eum reuelat in hoc vt non teneatur actione ptutele que est priuilegiata priuilegio reali ⁊ personali. vt. ff. de priuile. creditorum. l. dabimus. sed actione nego. gest. non vt eo. ti. l. idem priuilegium. §. j. ⁊. l. si ventri. in principio. Dynus.

Cum non vtiliter. Exceptio tu nō es tutor reddit iudicium quandocunq nullū sicut ⁊ tu non es procurator. vt. s. de pcuratoribus. l. licet. vbi de hoc dixi. ⁊. s. de tutore qui nō satisdedit. l. in dubiū. ⁊ qđ dicit hic gl. idem in prelato ecclesiastico nō est ver indistincte sed dic vt notatur per compo. extra de elec. c. nihil. in vltima glo. ⁊ in specu. de actore ver. sed pone quidā dicens se epm. duos sequentes titulos vide per te cum notatis per Azo. in summa.

Ut cause post pubertatem adsit tutor. Rubrica.

Tutores. Uide Azo. in summa eodē et qđ dixi ⁊ notatur in glo. s. si aduersus rem iudica. l. cum ⁊ vos minores. j. arbi. tute. l. tutor post pubertatem. ⁊ in speculato. de tutore. §. finali. versic. item qđ si is cui datus est. Item quod hic dicitur de tutore potest dici de rectore ciuitatis qui durat vsq ad euentum successoris. vt. ff. de officio proconsulis. l. meminisse. Item colligitur argu. glo. qđ aduocatus pro eodem salario teneatur iurare in causa appellationis. de quo plene dixi. s. de pcuratoribus. l. ita demum. Sed quid si vniuersitas fecit sindicum generalem duraturum vsq ad annū ad omnes lites qui inchoauit plures lites nūquid finito anno poterit adesse causis ceptis nō finitis. hec lex est arg. q sic cū concor. hic in glo. allegatis ⁊ pro socio. l. heres socij. ⁊ q factus est dn̄s per contestationez. vt. s. de pcuratoribus. l. nulla. In contrariū videtur pter tempus limitatū quo finito videt mandatum finitum ⁊ sibi phibitum post tempus adesse arg. s. ex quibus cau. infa. irrogat. l. et si se uerior. ⁊. l. si possidoneum. Nam ad certū tempus potest cōstitui pcurator ⁊ sindicus. ff. de pcura. l. iij. al's nihil operaret adiectio temporis. ⁊ p hoc est bonum arg. ff. quibus mo. pig. vel hypo. soluitur. l. sicut re corporali. §. penul. Quidā dicunt q si alius sindicus cōstitutus nō est adesse possit al's nō arg. huius l. de hoc plene notat in specu. de sindico. §. rōne aūt forme. v si. illud etiā queritur. qđ tragit de margarita de sindico. v si. pone qđ sindicus. dicit tamē. D. gui. tutius fore qđ pnuntiet iudex cum tali sindico posse procedi. vt. ff. qđ falso tutore aucto. l. j. §. penul. ⁊ de mino. l. ait pretor. §. permittitur. qđ forte non est verum in sindico vt dixi. s. de procuratori. l. licet. Item allegabatur hec lex q tabellio factus monachus possit instra ante monachatum confecta in publicā formam reducere licet nō possit noua conficere: vt in speculo de statu monachorum. v sic. xxvij. queritur. An aūt sindicus vel pcurator alicuius prelati eo mortuo possit causas ceptas perficere dixi plene dicta. l. nulla. de procurat. An cause cepte coram legato sedis apostolice finita legatione finiri poterunt coram eo dic q non: vt notatur per Archidiaconum de rescriptis. c. statutum. libro. vj. ⁊ in speculo delegato. §. finitur. versiculo primo. An tutor accusationem ceptam pro pupillo eo mortuo prosequi teneatur dic q non. vt. ff. ad turpilianum. l. diuus.

Ubi pupillus educari debeat. Rubrica.

1 Uitricus an possit esse tutor priuigni.
2 Uitricus an possit dari procurator priuigno.

Educatio. Uide Azo. in summa et quod notat. s. diuortio facto apud quem liberi educari debeant ⁊ extra de conuersione infidelium. c. ij. Et est notandum qđ iure lombardo pter famem putandum qđ iure lombardo pter famem pupilli potest tutor alienare res imobiles pupilli: vt in lombarda de phibita aliena. rerū minorū. l. penul. al's est vltima. ⁊ facit quod notaui. j. de predijs minorum. l. ob es. Querit glo. vtrū victricus possit esse tutor priuigni. ⁊ vr q sic. vt. j. de 2rio iudi. tute. l. fi. ⁊ ibi i gl. ⁊. ff. de adop. l. nōnūq l3 glo. hic in fine innuat q in testō pt dari a pre a iudice nō qđ est falsū q pater qs sit futur victricus filior post mortē suā diuinare nō pōt. Si aūt a casu hoc accidat qđ datus in testō pater no tutor victric efficiat supueniēs suspitio sublata nō videt. vt ff. de 2fir. tuto. l. in cōfirmādo. ⁊ de admi. tut. l. tres tutores. in fine O l. opi. tū predictā que est hic in fi. gl. tz Azo i summa. e. in fine.

fine.ꝛ glo.in corpore de nup.§.eisdez quoqꝫ.An aūt victricus
2 possit dari curator priuigno petenti contradicentibus agnatis dixi dicta.l.fi.ʃ.de cōtrario indi.tute. Itez querit gl.coram quo ali debeat pupillus vtrū coram tutore vel coram matre.de hoc notatur.d.§.eiusdē.in auꝭ.de nupꝭ.circa qđ dic ꝙ si mater victricū superinduxit indistincte excluditur ab alimētis pupilli:vt hic.et.s̄.diuor.facto apud quem liberi debeant educari.auꝭ.si pater.ꝛ.ʃ.de reuocan.dona.auctē.qđ mater.s̄.de secundis nuptijs.auꝭ.mater.ꝛ in summa Azo.huius tituli.ꝛ noꝭ.dicto.c.ij.de conuersione infidelium.ꝛ per Odo.hic ꝛ in.l.lex que tutores.s̄.de admini.tutoꝝ.ꝛ.s̄.l.proxima.cum ibi notatis.ff.eo.l.j.vſ.deniqꝫ.ꝛ.s̄.de nuptijs.l.vidue.§.sed ne forte quando aūt non induxit victricuz prefertꝭ tutori nisi eēt turpis vite vel morū quo casu pōt loqui iste ver.qñ autem ibi psonaruz equalitate ꝛc.ꝛ dicto.§.deniqꝫ.ꝛ.§.penul.ff.e.l.j.ꝛ de adop.l.nec ei.§.j.Quidā tamen forte non male dicunt qđ etiā si mater supinduxit victricū tñ cessat oīs suspitio vt qꝛ non est successura pupillo qꝛ habet substitutū et est honeste vite ꝛ victricus similiter qđ alꝭ possit penes matrē:ita etiā posset intelligi ver.qñ aūt.ꝛ.ʃ.l.proxima.ꝛ.ff.e.l.j.in principio.in dubio aūt suspecta est ꝛ repellitur vt predixi.Jaco.de bel.

¶De alimentis pupillo prestandis. Rubrica.

Pupillus. Uide azo.in sūma ꝛ qđ dixi.s̄.de alendis liberis a parētibus ꝛ facit h lex ꝛ gl.qđ a sñia alimētoꝝ nō appelletur.ꝛ p hoc.ff.de ap.reci.l.si res.ꝛ quod ibi notaui ꝛ plenius de his qui sunt sui vel alieni iuris.l.si iudex.ꝛ pro hoc de re iudica.l.ij.cum ibi notatis ꝛc.

Quod plerūqꝫ. Pro declaratione vide qđ notaꝭ p Arch.xij.q.ij.c.qcūqꝫ suffragio.ꝛ facit.s̄.de admi.tut.l.iij.Quid si tutor nō fecit decerni alimenta per pretores sed ea descripsit in codice rōnū nunqd talis scriptura fidē faciet vꝫ ꝙ non.s̄.de pba.l.instra. In contrarium qđ fidem faciat saltem cum sacramento tutoris.ʃ.de dona.l.si quis pro redemtione.ꝛ melius.ff.de conditio.ꝛ demon.l.penulti.que incipit sub conditione.ꝛ pro hoc.ʃ.titulo proximo.l.j.ꝛ ibi in glo.ꝛ plenē dixi.ff.de tute.ꝛ ra.distra.l.j.§.officio. Item allegatur hec lex qđ tutor nō teneatur si nō vult exhibere inuentariū ei cū quo litigat pro pupillo sꝫ sufficit qđ fidem faciat iudici ne secreta ꝛc. Sui. contrarium vidi seruari qꝛ si inuentarium non esset confectum de negotio de quo agitur non teneret iudicium.vt.ff.de administra.tutoꝝ.l.tutor qui repertorium. credo tamen sufficere si copia exhibeatur solius capituli ad causam facientis per hanc legem.ꝛ.ff.de edendo.l.argentarius.§.j.ꝛ dixi plene.s̄.de preci.impe.offe.l.finali. ¶Item allegatur qđ quis non viuit vento sicut lupus ad id qđ.j.q.iij.si quis obiecerit ꝛ diabolus appellatur lupus.lxxxj.di.c.oportet.ꝛ de pprietatibus lupi vide pulcre per Archid.extra de hereticis.c.vt officium.lib.vj.ꝛ in alphabeto de vbo.sig.sub litera l ꝛc.

¶Arbitrium tutele. Rubrica.

Cum tutele. Uide azo.in summa eo.ꝛ Roffre.de acti.tutele ꝛ ideo dicitur arbitrium tutele quia in arbitrio pupilli est vnum tutorem vel omnes conuenire fm Cy.licet glo.aliter dicat ꝛ cor.ad hanc.l.ff.de lega.j.l.si fundum sub conditione.§.si libertus.ꝛ de lega.ij.cum pater.§.pater qui filio.ꝛ facit hec lex ꝛ glo.qđ detur fides codici rationum facto per tutorem.de quo dixi.s̄.titu.proximo.l.fi.

Domina. Ibi culpaz in non exigendo commissam si enim mutuat pecuniam pupillarem sufficit qđ mutuet idoneis et soluendo.vt.ff.de admi.tuto.l.si res.ꝛ de condi.ꝛ demon.l.fin. Sed per auctē.nouissima.s̄.de admi.tuto.fenerare non cogitur ꝛ si fenerat suo periculo est:vt ibi no.in glo.que est lata culpa.vt.ff.de suspec.tuto.l.impuberibus.§.si fraus.ꝛ de verbo.signi.l.magna negligentia.

Curator. Uide quod notaui.s̄.de rei ven.l.si vt pponis.Quid si tutor emit predium ex pecunia pupilli deinde vendidit ꝛ ex ptio multa lucratus est nunquid pupillus hoc lucrū petere poterit videtur ꝙ non.vt.ff.de admini.tutoꝝ.l.tytium.§.penul.ex priuilegio enim est qđ res emta de pecunia pupilli sua fit ꝛ ideo vltra extendi non debet.vt.ff.de legi.l.qđ contra rationem.at pecunia redacta ex pretio rei vendite nō est illius cuius erat res.vt.ff.de furtis.l.Quis.§.finali.ꝛ.l.si quis vxorē.§.si tytius.qui potiores in pignore habeantur.l.idemqꝫ.in fine.et quia ex industria sua videtur venditor habere: vt not.in simili.ʃ.l.proxima.

Cum qui. Diuide in tres partes.in prima ponit dictum in genere.in secūda respondet tacite questiōi que posset ex eo oriri.in tertia ponit casum in specie ibi cui cōsequens ꝛc. vbi casum incipias ꝛ responde per.l.principium.Et est arg.expressum qđ filius qui abstinuit ab hereditate paterna si fecit pacem de morte patris ꝛ aliquid inde habuit nō teneatur ex hoc creditoribus patris.pro hoc.ff.de sepul.viola.l.quesitum.ꝛ ibi de hoc per Dynum de acquiren.heredita.l.pro herede.ꝛ quia magis ex industria sua videtur habere quam vt heres.ff.ad legem falci.l.iij.de here.vel actio.ven.l.venditor ex hereditate.ꝛ de peculio.l.non solum.Jaco.de are.ꝛ Cyn.ꝛ Odof.ꝛ pro hoc est pulcer textus de his qui deiece.vel effu.l.si vero plures.§.hec actio.circa finem ibi quippe quod in corpore libero vbi de hoc tetigi.In glossa.vt.s̄.in fine. Sed in tribus istis vltimis casibus vel abstinentia principio non tenuit vel interueniens non perseuerauit.Oldra.

Cum interdictū. Colligit cynus ex hac.l.et glossa qđ quis potest approbare factum ꝛ non qualitatem facti.Cy.ibi fraudem.scilꝫ vendendo modico pretio. Principali.i.primo.Ceteri.scꝫ tutores qui non administrauerunt. Detrimenti non seruati a gerentibus.Competere alijs non existentibus soluendo alꝭs haberent beneficiuz diuisionis et cessionis.ff.de tutelis ꝛ ra.distra.l.j.§.nunc tractemus. Oldra.Et notatur.s̄.de transactioni.l.age.in glo.habebat enim.in fine.vt.ʃ.si maior factus.l.j.

Quidquid. Ex hac.l.colligit odo.formam libelli in actione tutele.de qua dixi supra de testamen.tutel.l.si tibi pater. ¶Item nota qđ tutor tenetur de dolo lata culpa ꝛ leui de leuissima non ꝛ ideo male dicit glossa.instituto de suspectis tutoribus.§.suspectus. ¶An idem in prelatis ecclesiarum dixi s̄.de administra.tutorum.l.pro officio.ꝛ notatur.lxxxvij.di.c.irreligiosum. ¶Item querit hic glo.qōnem sabbatinā que est in questionibus Py.xxxvij.q.que incipit quidā dum cōtenderet de tutore qui procurauit per testatorē sibi relinqui qđ relinquere volebat pupillo que questio tangitur in glo.ꝛ p Odo.supra de admi.tuto.l.pupillorum.ꝛ in glo.ꝛ per Dynū.ff.ad municip.l.tytio.ꝛ de le.ij.lucius.§.sempronia.Od.hic ꝛ Az.i sum ma huius tituli.§.item illud.tenet qđ tutor non teneatur.M.sil.tenet ꝙ tutor teneatur ad itceresse vt in auꝭ.vt nulli iudicum §.ꝛ hoc peruenit.ꝛ pro hoc facit quod notatur in auꝭ.vt cū de app.cognosciꝭ.§.si conuictus.Dy.in dicto.§.sempronia tenet tutorem teneri pupillo ad duplum per dictum.§.et hic peruenit.Sed dici potest qđ ibi loquitur in iudice prohibēte testatorem testari hic aūt de tutore qui procurauit sibi relinqui. Py.post multa allegata inclinat qđ si manifeste appareat testatorez voluisse relinquere pupillo teneatur tutor alꝭs non. Alij moderni dicunt aut induxit testatorem blando sermone ꝛ non tenetur aut dolo ꝛ tunc sic et ita intelligantur iura predicta.ꝛ pro hac opinione facit.ʃ.si quis aliquem testari prohibuerit.l.fina. vbi vxori conceditur blando sermone inducere virum qđ sibi relinquat.ꝛ pro hoc etiam facit in brocardis de commodo ꝛ lucro.rubricella nō est deterior ꝛ si nihil quesituz ꝛ rubricella seq. ꝛ in hac opinione vꝫ hic Cy.ꝛ eam vidi cōmuniter approbari. Sed contra videtur qꝛ tutor tenetur vtilitatē pupilli pcurare ad instar administratoꝝ reipublice.vt.ʃ.vt in pos.le.l.si.vez est sed tamen suam potest preferre.vt.ff.de in litem iuran.l.videamus.§.sed ne tutor.contra videtur.ff.de admini.tuto.l.tutor.§.non est ferendus.Sꝫ ibi in dubio loquitur.vbi autē constaret qđ non posset nisi suam pecuniā collocare suum cōmodum posset preferre fm Pe.ꝛ Cy.in additiōibus. ¶Ex hoc soluit Odo.aliam questionem. Si tutor vt procuraret pupillam tradi nuptui tytio recipit pecuniaz an restituere teneatur pupille ꝛ videtur ꝙ sic.ff.de pcur.l.qui pprio.§.vt in ceteris.cum his que ibi no.de nego.gest.finautē.§.j.ꝛ mandati.l.ex mandato. contrariū tenet si pupilla eque bene nupsit ꝛ lesa non est qꝛ dolo ꝛ culpa caret ꝛ ex sua industria videꝭ quesisse ar.ff.ad.l.fal.l.iij.ꝛ notaui in simili.s̄.eo.l.eum qui.

Si defunctus. Ibi indicijs no.p indicia probari.de quo dixi.s̄.de rei vē.l.indicia.Sepe etiam allegatur finis huius.l.ad

quod cōcor. qđ dicitur vidimus multos fieri ex diuitibus pau
peres τ econtra: vt in aut. vt om. obe. iudi. ꝓuin. §. j. in fi. τ. s̃. ne
filius ꝓ patre. aut. habita. τ. ff. de testa. tute. l. pater. in fi. nec est
presumtio semper quē stare in paupertate vt notat̃ per Az. in
summa de cōdi. inde. §. est quandoq̃. τ per Gofr. in summa de
excep. §. dilatorie. homo enim donec viuit pōt acquirere vt. ff.
de separ̃. l. si creditores in fi. laboribus eniz queruntur diuitie
supra de rescin. ven. l. ratas τ. ff. de minor̃. l. ꝙ si minor. §. sceuo
la Ibi laboribus substituti alibi dicitur ꝙ querunt̃ laborib⁹ τ
prospera fortuna instituto ꝑ quasperso. nobis acqui. §. qđ aūt
et. ff. de acqui. re. do. l. si is qui. §. j. τ beneficia ecclesiastica extra
de renūtia. c. super eo amittitur etiā patrimoniū impetu inopi
nate fortune vt. ff. vt in pos. le. l. plane et supra de rei vx. ac. auc.
sed ꝙuis. Antiqui fuerūt paupiores ꝙ̃ moderni vt insti. de in
iur̃. §. pena τ no. in glo. de obli. que ex delicto nascunt̃. §. pena
et episcopi antiqui erāt paupes hodie diuites vt no. x. q. j. c. de
his et de hac materia bene notat̃ per hostien. in summa de ex-
cep. §. j. v̇. sed τ rōne iu. q̃ oīa faciunt ad illud qđ querit̃ vtrum
presumat̃ qs diues vel paup de quo notat̃ in glo. τ plene dixi
ff. qui satisda. col. l. si vero. §. q pro rei qualitate. In gl. vt. s̃. ibi
acqrit pater ꝙ̃tū ad totū quasi nō oīa ꝑsumāt̃ profectitia. sʒ de
hoc dic vt notat̃. j. de bonis q̃ liberis. l. cum opʒ τ institu. per
quas personas nobis acquirit̃. §. quid aūt. Ibi aūt licentiam.
Sed ibi speciale fauore ecclesie od. In fi. sed ibi ꝓpter sinistrā
suspitionem vitandam qđ dic vt ibi notatur.

TUtor. post pubertatē ibi ī reb⁹ his pūcta post
hanc dictionē secundū primū intellectū
τ dic minime se imiscuit i alijs vl̃ pūcta post dictionē
finitā administrationē τ subaudi τ ad curatores trāf
latā secūdū intellectū ol. In gl. prima ibi alia. s. nō cōnexa. Ibi
l. si tutor post pubertatē ol. Ibi vt cause post pubertatē. l. j. vbi
de hoc plene dixi. In fi. cōtra hoc vr̃. l. expressa. ff. de tutelis et
rō. distra. l. si post pubertatē ol. In gl. vltīa ibi nō tenet̃. s. post
trāslationem ibi. τ si consumet connexa videlicet post transla-
tionem administrationis ad curatores vel non connexa etiam
ante translationem. P. sy.

TUtele actio. In gl. prima ibi quā pupil
lo q₂ sine priuilegio prela-
tiōis inter ꝑsonales ol. in fine τ. ff. de priuile. credi. l.
dabimus. §. i. ol.

VEteris. Diuidit̃ in duas partes principales
secūda ibi ꝓculdubio. prima ī duas
primo enim loquitur quando tutor confitetur extra
inuentarium. secunda quando in inuentario. ad se-
cundam opponitur supra de probat̃. cum precibus glo. hic et
vbiq̃ tenet ꝙ sit hic speciale ꝙ contra instrumentū inuentarij
probari non possit: vt τ in alijs casibus specialibus notatis in
glo. Cy. secundum iaco. de ra. et pe. dicit nullū esse speciale im
mo idem in quolibet publico instrumento ꝙ non possit cōtra
probari si ille contra quem producitur fatetur illud factū vo-
luntate sua sicut hic confitebatur tutor et. l. cum precib⁹ intelli
gunt quando negabat instrumentum voluntate sua factum. τ
ad hanc materiam inuentarij vide notata supra de admi. tuto.
l. tutores τ curatores. ff. e. l. tutor q repertoriū. in spec. de īstru.
editione. §. fi. τ de tutore. §. generaliter. ver. hoc aūt notanduʒ.
et versic. sequentibus. Quid si tutor posuit in inuētario se iue-
nisse in bonis pupilli q̃ reperiunt̃ esse aliena an tenebitur. Iac.
de are. τ Cy. hic tenent ꝙ nō τ hanc. l. intelligunt in rebus que
occultari possent vt vinū frumentū τ similia. Sed an tutor de-
beat cōficere inuētariuʒ ante aditam hereditatem hic videtur
perplexitas quedam: vt no. in glo. de testa. tute. supra. l. j. Qui
dam dicunt ꝙ primo faciet inuētarium in quo ponet ꝙ in bo
nis pupilli inuenit ius adeundi vel repudiandi talem heredi-
tatē postea pupillus adibit eius auctoritate τ tunc ponet bo-
na hereditaria in inuētario. alij dicunt ꝙ alius tutor dabitur
ad adeundā hereditatem: vt no. ff. de testa. tute. l. si nemo. τ di-
cta. l. j. s̃. de testa. tute. τ hoc videtur in pupillo extraneo. Sed
in suo posset dici qđ ipe sit heres ipso iure sine alia immistione
ſm opi. modernoꝝ. de quo plene notaui. s̃. si vt ab he. se ꝯbsti.
l. j. τ hanc dicit Cy. s̃. de testa. tute. l. si a patre. fuisse opinionem
domini Dy. licet ibi ipse cy. videatur sentire ꝯ̃rium. scʒ ꝙ etiam
in suo requirat̃ auctoritas tuto. ad acquisitionem paterne he-
reditatis. vt. j. de iure deliberan. l. si infanti. licet enim existētia
sui heredis multa operetur q₂ facit fideicōmissariam libertatē
valere. vt. ff. de fideicom. liberta. l. non quasi. §. sed si suus. Iteʒ
operatur transmissionē in suos successores. vt. j. de suis τ legi-
timis he. l. apud hostes. Item facit pupillares tabulas valere
vt. ff. ad trebel. l. ita tamen. §. si pater. τ in istis nō est opus tuto
ris auctoritate sʒ sola existētia sui heredis sufficit. sʒ in aditiōe
vel imistione ad quā requiritur animus τ ꝑ quam quis obliga
tur oneribus hereditarie opus est tutoris aditione ſm euʒ: vt
dicta. l. si infanti. cy. Querit etiam ibidē an superexistētia sui he
redis faciat tutoris dationem valere sicut alia suprascripta cū
eadem vel maior sit ratio vt sic eoipso possit pupillo auctor fie
ri in apprehendenda hereditate paterna videtur ꝙ non. vt. l.
si nemo. de testamē. tute. Sed ibi forte nō erat pupillus institu
tus imo exheredatus cui pater tutorē dare potest vt eo. titu. l.
pater. vel forte erat institutus cum alio vnde tunc priuilegium
iuris ciuilis per ꝓuisioneʒ patris factam nō vendicat sibi locū
vt. s̃. de pactis cōuen. l. fi. vt τ alias scripsit Dy. in tractatu sub
stitutionū τ scripsi in. l. precibus. cy. Illo ꝓculdubio tria facit.
primo statuit. secundo excipit. tertio penā subiungit τ allega-
tur sepe iste. §. ꝙ testator potest remittere tutori confectionem
inuētarij circa qđ dicit cynus. Aut remissio pōt esse damnosa
testatori tm̄ τ potest remittere. vt. j. vt in poss. lega. l. ij. τ. l. penl̃.
aut heredi tm̄ τ non potest. vt. s̃. de vsufruc. l. j. aut est dubium
vtrum possit nocere testatori vel heredi τ tunc quia presumtio
est testatorem velle vtilitatem heredis τ sic intelligitur lex ista τ
dicit fuisse opinionem dn̄i Dyn. τ licet hec lex loquatur solum
in tutore testamentario tamen idem dicit in legitimo τ datiuo
cum eadem sit ratio τ ita tenet glo. in fine in dicta. l. tutores. s̃.
de admi. tutorū. licet Uber. de bobio tenuerit contrarium q₂
cum hec lex loquatur in testamētario tantū secus videt̃ in alijs
arg. s̃. de ꝓcura. l. maritus. Sed salua pace tantoꝝ doctorum
hec lex nō dicit testatorē posse remittere confectionē inuenta-
rij sed dicit posse expresse vetare confectionem inuentarij. ibi
inuentariū scribi vetuerint. ¶ Si ergo testator non prohibue
rit sed solum remiserit nūquid excusatus erit tutor videtur ꝙ
sic arg. predictorū iuriū τ quod notaui in simili. s̃. quando mu
lier tutele of. fungi potest. aut̃. matri τ auie. τ ita tenet hic Od.
τ exponit vetuerint. i. remiserint. Domini. M. fil̃. τ Lamberti
nus rampo. qui disputauerunt hanc questionem tenēt contra
rium per. l. nemo. ff. de legatis. j. τ de pactis. l. ius publicum. et
quia dolus futurus remitti non potest. vt. ff. de admini. tuto.
l. quidam decedēs. §. vsq̃ adeo. τ de confirma. tuto. l. vtilitatē.
et de pactis. l. si vnus. §. illud. τ. l. istam intelligūt in expressa ꝓ
hibitione testatoris facta ꝓpter vtilitatem pupilli puta ꝓpter
nimiam paupertatē vel magnas diuitias. vt. j. quando τ q̇bus
quarta pars. l. ij. lib. x. imo etiam dicunt ꝙ si testator expresse ꝓ
hibuit τ apparet ꝓhibitionem inutilem pupillo qđ tutor tene
tur conficere inuentarium. vt. ff. de admi. tuto. l. vtilitatem. Ex
predictis pōt solui vtrum testator possit remittere tutori sacra
mentum qđ prestare tenet̃. Od. tenet ꝙ sic. j. de cura. furio. l. fi. τ
eam tenuerūt Gui. de suza. τ Guilel. iusti. qui ꝑdictam q̄ōnem
padue disputauit. Quid si statutum vel consuetudo est in ali-
qua ciuitate ꝙ tutores non faciant inuentarium nunquid ex-
cusabitur tutor. Uber. tenet ꝙ sic per. l. ff. de admi. tutoꝝ. l. sine
herede. §. lucius. τ de cur. l. non tantum. §. fi. τ de pignē. acti. l.
si pigno. §. fi. τ idem tenet hic Cynus τ spec. d. §. fi. de instrumē
torum editione. v̇ si. quid si sit de consuetudine.

¶ De diuidenda tutela. Rubrica.

SUper rubrica. Uide azo. in sum-
ma. e. τ in glo. s̃. de
transac. l. j. instituto de satisda. tuto. §. scienduʒ. j.
de cōueni. fisci. l. qm̄ augurio. τ i summa quo quis
ordine conueniatur. lib. xj. et. ff. de admi. tutoruʒ.
l. tres tutores. per totam legem.


SI post. Finitum ibi cessationis scilicet pupilli
cessantis eos conuenire cum erant sol-
uendo. Odofre.

SI diuisio. Ibi nec dum fuerit. s. facta a te-
statore vel a iudice Odof. ibi vel
tarde. Nota aliquid nō fieri vel tarde fieri paria sunt
pro hoc. ff. de adulterijs. l. ij. §. si mulier. j. de excusa.
tutoꝝ. l. iij. τ dixi. s̃. de testibus. l. si quando. in gloss. Item alia
duo beneficia in fine τ vide. j. de fideiussori. tutorum. l. j. in glos
sa. Sed nunquid habent beneficium noue constitutionis de
duobus reis cuʒ sint vere duo rei debendi videtur ꝙ non qua
si constitutio non cogitauerit de obligatis ex officio. Uber. ta
men tenet contrarium sicut τ beneficium diuisionis. In eadem
glossa in fine τ pro ea facit. ff. de magistrati. conueni. l. in magi-
stratus. Oldra. in glossa nam nihilominus. in fine. et. s̃. de su-
spectis tuto. l. ij. τ ibi notatur ol. In gloss. vltima ibi. secundo
magistratus. Sed nunquid fideiussorē magistratuum dici po
test ꝙ non. vt. j. de magistra. conue. l. j. Sed ibi dati fuerunt fi-
deiussores de indemnitate. Uber.

Rubrica.

¶ Rubrica De in litem iurando.


Uper rubrica. Uide azo. in summa ꝛ hos. in summa de iureiuran. rubricella de in litem iuran. ꝛ breuiter iste titulus hoc intendit ad uersus tutorē iurarī i litē ex dolo lata culpa ꝛ leui ꝛ aduersus tutoris hedes ex dolo ꝛ lata culpa tm̄ nisi lis eēt iā ꝯtestata ꝯ defunctū ꝛ vide az. in sūma de heredibus tuto. ꝛ. j. e. l. is qui. ꝛ ibi dixi. An istud sacramentuz sit de affectione vel veritate seu vtilitate plene dixi. j. de sententijs quo pro eo qđ interest ꝓfe. l. vnica ver. ꝛ secūdū glo. hec lex intelligitur de interesse singulari. Itē notandū qđ od. j. vnde vi. l. cū querebatur. ꝛ3 qđ pena illius legis locū habeat in tutoribus qui finita tutela non restituunt pupillis res pupillares quod est notandum.


Duersus. Ibi tutelam. idest tutele rationem sic exposui supra de suspectis tutoribus. l. ij. Instrumenta pertinētia. Scz an inuentarium. Dixi supra de condi. ex. l. l. dissolute. Ibi vincula religionis. scilicet prestandi eius nomine sacramētum in litem.


Si qui. Ibi argumentis liquidis no argumentis liquidis probari. de quo dixi supra de rei vendicatione. l. indicia. ꝛ ad hoc. j. eodem. l. fina. In gloss. s. tutoris in fi. do. od. j. e. l. alio. tenet secundam ꝛ dicit ob dolum solum heredis iurari in litez contra eum. contra tutorem autem ob dolum latam culpam ꝛ leuem et est speciale quia alias ob solum dolum in litem iuratur vt. ff. eodem. l. videamus. §. ex culpa. de hoc notatur eodez titulo. l. in accusationibus. ꝛ de hoc in summa eo. §. defertur ꝛ vide quod notatur in glo. j. titulo. proximo. l. j.


Umma. Exponit glo. idest quantitas. largius tamen sumitur. ff. de. legatis. tertio. l. quisqs. vt ibi dixi. Ibi curatoribꝰ quondam qui remoti fuerant vt suspecti et ideo minor nō potuit sibi pacto preiudicare si enim fuisset cura finita tunc qꝛ maior sibi pacto preiudicasset vt in glos. no.


Lio iure. Ibi heredes eius nota ꝙ instantia cause transit in heredes vt. ff. de iudi. tam ex contractibus et ibi dixi. Sz nunquid contra fideiussores tutoris iuretur in litem dic qđ non vt not. ff. de admi. tuto. l. sine herede. in princ. An sit opus peti. in libello ꝙ si tutor non exhibeat inuentarium condemnetur quātuz in litē iurabit dixi supra de testa. tute. l. si tibi pater


Icet. Ibi pretermitti placuit lite non cont. contra tutorem alias secus vt supra. eodem. l. proxi. cum concor. in glo. ibi. allega.

¶ De heredibus tutorum rubrica.


Eredes. Uide azo. in summa. ꝛ. s. titulo proximo. l. alio iure ibi incohata per contestationem vt. ff. e. l. fi. ol. Ibi ceptum per tutorem. in fi. scilicet lucrum per gratiam alij concessum. ol.


Ater. ibi nō etiam. Quasi dicat nō solū male administratorū ol. In. gl. cū ex dolo in fi. ꝛ qꝛ nō videt leuis culpa ꝛc. vt. ff. de admini. tuto. l. tutores qui post finem. §. tutor ol.

¶ Rubrica Si tutor nō gesserit.


Ertum est. Uide azo. in summa ibi tutela. i. actione tutele odo. Ibi forte deberent hoc verū cuz est diuisa tutela a testatore vel iudice alias sufficit gerentē non esse soluendo vt. s. arbitriū tule. l. cum interdicte. ꝛ notat. j. tit. proximo. l. ij. fran. Nō potuisti vt. j. de obsequi. pa. prestā. l. j. ꝛ ibi notat ꝛ. ff. de obseqijs. l. ij. odo. in glo. ibi accusatione in fine sepe allegatur hec glo. per aduocatos quod damnatus ex aliquo crimine per inquisitionem nō efficitur infamis secus si per accusationez vt. ff. de publi. iudi. l. infamen. ꝛ pro hoc facit. ff. de act. ꝛ obliga. l. cessat ꝛ textus ꝛ glo. s. de modo mulctarum. l. j. vbi de hoc tetigi ꝛ latius supra de testibus. l. iureiur. versi. ꝛ qꝛ de dignitate ꝛ fama testiū. ad hocēt facit gl. q̄ est. s. de suspe. tuto. l. fi. alias est. ff. de suspe. tuto. l. tutor. §. preterea ꝛ arg. s. de his qui not. infa. l. j. Et hanc opinionē tenuit. d. dy. de facto consultus a ciuitate florentie que incipit quod ser corsus lauda non sit infamis ꝛ allegat hāc. l. ꝛ glossaz. ꝛ ratio est secundum eum qꝛ cum in hoc grauetur ille contra quem proceditur per inquisitionem qꝛ contra ius cōmune procedit contra eum lex voluit eū releuare ab infamia argumē. ff. de iureiuran. l. eum qui. Item qꝛ cum aliquid est qđ ad plura potest communiter se habere illi adiudicatur cuius magis specifice conditiones assumit vt. ff. de auro ꝛ argen. lega. l. quintus. l. intervestem. ꝛ de lega. iij. l. hoc legatum ꝛ. l. itez legatum ꝛ de re. iur. l. quoties idē sermo sed condemnatio istius facta fuit ex forma statutorum communis florentie cum in ea dicatur secundū formam statutorum et omni modo quo melius potest ad formam statutorum est potius referenda quam ad ius commune quod in verbis generalibus videatur inclusum ar. predictarū legū ꝛ qꝛ generi per speciem derogatur si per statutum cōdemnatus est ergo vigore conditionis ex lege qꝛ statutum est lex vt. ff. de iusti. ꝛ iure. l. omnes populi ꝛ post legem. xij. tabularum inducta ergo cum non cadat in speciale nomen actionis danda est conditio ex lege vt. ff. de condi ex lege. l. vnica sed in ꝯditionibus cessat infamia vt dicta. l. cessat. ff. de act. ꝛ obli. ergo ꝛc. Item non potuit ob idem crimen pluribus legibus cōdemnari vt. ff. de accusa. l. senatus. vnde cum species deroget generi vt dictum est relinquitur quod ex statuto de quo in condemnatione fit mentio spelialis fuerit condemnatus ꝛ per consequens nō fit infamis vt predictum est dyn. d. ol. in contraria opi. est. s. qđ cōdemnatus per inquisitionem de crimine quod alias infamat sui natura efficiatur infamis qꝛ non forma cōdēnandi infamat sed causa ex qua sequitur condemnatio vt. ff. de his qui nota. infami. l. ictus. ꝛ de re milita. l. qui cum vno. vnde si in amotione tutoris suspecti que fit per officium iudicis dicatur qđ propter dolum amouetur infamis erit ex generalitate dicte. l. vltime supra de suspec. tuto. ꝛ institu. eo. §. suspectus. sed amotus simpliciter per officium sine insertione cause amotionis nō fit infamis quasi in dubio non videatur ob dolum amotus sumpta benigniori interpretatione vt. ff. de penis. l. si preses ꝛ notat in dicta. l. fi. ꝛ. d. §. suspectus. ꝛ ita dz intelligi hec lex ꝛ glo. hic posita. et hoc probatur ex coniunctione duarum legum. ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. fi. ꝛ de crimine stellionatus. l. ij. ol. Pro prima opinione facit. ff. de publicis iudi. l. ordo ꝛ de decur. l. eos. §. fi.


Ui se. Ibi late culpe que in omittendo cōmittitur vt. ff. de administ. tuto. l. tutor. qui post finem. §. tutor. ol. Ibi omnes tam qui nihil gesserunt quam qui aliquid qꝛ quo ad hunc articulum oēs non gerentes fuerunt ol. equaliter. i. sine ordine vt sit necesse vnū ante aliū conuenire old. in glo. in fine. de hoc in dicta l. ꝛ si sciffes ol.

¶ Rubrica De fideiussoribus tutorum.


Ligere. Pro declaratione totius tituli vide az. in summa an plures tutores possint inuicē fideiubere dixi. s. de tutore ꝛ curato. qui non satisdedit super rubrica In glos. inter reum in fine qđ tamen intellige vt ibi nota. et in summa huius tituli §. quid in fideiussore ꝛ. supra de diuiden. tutela. l. secūda. et. j. l. proxima.


On est ambigua. Cy. supra. l. proxima secundum iaco. de are. distinguit aut aliquis fideiussit simpliciter pro tutore ꝛ tunc est electio adulti quez primo cōueniat tutorē vel fideiussorē vt. s. l. proxima. secus iure autēti. vt ibi no. in glos. Si aūt nō fideiussit simpliciter sed pro eo qđ non poterat seruari a tutore tunc tutor primo conuenitur ꝛ si ab eo potest seruari nō incidit fideiussor in obligationem si nō potest seruari tunc tenetur fideiussor ꝛ hanc differentiam voluit notare lex ista fm eum. iaco.

¶ Rubrica De contrario iudicio tutele.


I pro iudicato. Uide azo. in summa ꝛ rof. de contraria actione tutele. In gloss. prima in fine. Sed tunc solutio non impediret cessionem sed propriꝰ dolus vt. ff. de admi. tuto. l. si plures de tutelis ꝛ ra. distra. l. j. §. nunc tractemus ꝛ. j. l. proxima. vnde dicit iudicato propter ipsius dolum vel culpam ol. in gl. Ibi contra eū in fine not. in

casibus superioribus glo.

s **In non ex propria.** In fine sine cessione sol. in gloss. opponitur ergo in fine. §. fi. ꝛ not. bene glo. istam cum qua concor. ff. de admini. tutorum. l. si minoris in tex. ꝛ gl. ꝛ qđ notatur in glos. supra de iuris ꝛ facti igno. l. j. In glo. tria. pro milite. In glo. vlti. in fine ꝛ que sit rō diuersitatis dic vt ibi no.

s **In pater.** In fine vt. ff. e. l. j. §. fi. ꝛ colligit glo. victricū posse dari tutorē priuigno de quo dic vt. s. de alimen. pupillo prestan. l. j. Sed nūquid curator poterit esse priuigni petentis contradicentibus agnatis. contentio fuit inter doctores antiquos. vgo de prel. by. dicit quod non sed legitimi preferebantur in auten. de here. ab intesta. §. ex his. d. azo. contra quia curator non datur a lege sed a iudice petenti nisi furiosis vel prodigis vt. j. de cura. furiosi. l. j. ꝛ finali ꝛ instituto de cur. §. j. ꝛ ad. §. ex his. respōdet qđ in tutoribus loquitur nō in curatoribus ꝛ ita obtinuit secūdum vber. de bobio.

¶ Rubrica De autoritate prestanda.

Super rubrica. Vide azo. in summa ꝛ que sit differentia inter auctoritatē consēsuꝫ mādatum ꝛ decreti interpositionē notatur per Inno. extra de rebus eccle. non alie. c. dudū ꝛ per Io. an. e. ti. c. j. lib. vj. in gl. magna in fi. ꝛ vide in alphabeto litera a dictione autoritatē prestare.

Neque. In gloss. ibi excepto vno casu scilicet in quo infans pōt stipulari ol. ibi. l. seruū ꝛ ibi glo. plene notatur.

e **Eum qui.** In glo. in fi. ꝛ ibi de hoc in glo. et dicta. l. ij. §. si a pupillo.

Clarum. Ibi pulsatis. idest cōuenitis odfre. Ibi respōsa facere ar. quod aduocati possunt instruere clientulos in responsionibus faciendis in iudicio quod tamē verū non est vt nota. ꝛ dixi. s. de iura. calū. l. ij. circa princ. in glo per. hoc apparet. Querit cy. si minor confiteatur sine tutore vel curatore an valeat confessio quidam dicūt. aut est pupillus ꝛ nō valet ipso iure. aut adultus ꝛ valet sed datur restitutio vt. ff. de confessis. l. certum. §. minorem. secus in sententia vt ibi notatur per. l. s. si aduersus rem iudica. l. cū ꝛ minores ꝛ ratio est q: in sententia nullus est condemnati consensus vt. ff. de ver. obli. inter stipulantem. j. in confessione sic ꝛ ita not. per dy. dicto. §. minorem. alij in adulto distingunt vt si habeat cura. idem quod in pupillo vt non valeat. si non habeat valeat sed detur restitutio ꝛ hoc tenet pe. secundū cy. Nico. de matarellis distinguit aut confitetur adultus cum auctoritate curato. ꝛ valet sed potest restitui si probet lesionem vt. d. l. certum. §. in pupillo. ꝛ hic. aut sine auctoritate cur. ꝛ tunc aut confessio fit super his que pertinent ad solennitatem iudicij sicut litis contesta. vel narratio vel similia ꝛ non valet sine cura. autoritate ꝛ ratio est q: cum talis confessio respiciat solennitatem iudicij in ea requiritur solennitas persone talis autem non est adultus sine cura. vt. s. qui legi. perso. per totum. Si autē fiat confessio super his que pertinent ad inquirendā veritatem negotij sicut sunt positiones ꝛ responsiones tunc valet sine cura. sed datur restitutio vt dicta. l. certum. §. in pupillo. ratio est q: cum ibi principaliter ad veritatis inquisitionem intendat non est tantum curandum de legitimitate persone arg. ff. man. l. si fideiussor. §. quedam. supra de eden. l. is apud quem ꝛ. j. de questionibus. l. interrogari ꝛ ideo minor interrogatur ꝛ iurat de veritate dicenda ꝛ nō de calumnia vt. s. de iuramento calumnie. l. ij. §. quod obseruari. Si autem minor qui confitetur est pupillus aut infans ꝛ eius confessio non valet etiā cū tutoris authoritate quia nec eius authoritate potest iudicium suscipere vt. ff. de in ius vocan. l. neq3 de admini. tuto. l. j. §. ita tamen ꝛ l. ij. in principio. aut est maior infante ꝛ dicunt eius confessionē indistincte nō valere sine tutoris auctoritate cū tutore videlicet sed datur restitutio vt. dictā. §. in pupillo ꝛ de admi. tuto. l. j. §. sufficit ꝛ de iureiuran. l. iusiuran. §. j. ꝛ de hoc. j. de confessis. l. vnica super verbo maior. ꝛ secundum opinionem istorum confessio facta in tormentis cum fiat ad veritatem eruendam valet sine auctoritate curatoruꝫ quod libenter audiunt rectores terrarum ꝛ iudices maleficiorum. ꝛ pro hoc q: in delictis maior reputatur minor vt. §. si aduersus delictum. l. j. ꝛ de mino. l. auxilium. §. in delictis ꝛ quia minor ex delicto legaliter obligatur vt. ff. de rebus eorum. l. ij. Cynus. Ego tamen sepe impugnaui in criminalibus confessiones minorum in tormentis ꝛ extra ꝛ obtinui per hanc legem. Item facit hec lex ad questionē vtrū tutor possit facere pacem cum inimicis pupilli vel ipse pupillus cum authoritate tutoris de quo dixi. s. de pactis. l. pactū curatoris quidam tenent indistincte quod sic q: tutor pōt restituere hereditatē quod maius videtur vt. ff. ad trebel. l. restituta. §. j. Item q: pax est res fauorabilis. j. de cadu. tollen. l. vnica. in principio ꝛ que eximit minorē a litibus ꝛ expensis ꝛ hoc eius interest vt. ff. de minori. l. minoribus. pro ꝛ contra potest allegari. ff. de cura. furio. l. si quod nō valeat facit dicta lex pactum. Item q: talia iura non videntur posse alienari sine decreto vt. s. de administr. tuto. l. lex que tutores. sed dici posset quod talis actio non potest dici proprie in bonis minorum vt ff. de iniurijs. l. iniuriarum. vnde alij dicunt. aut sententia erat lata contra inimicos defuncti ꝛ non valeat alias sit ꝛ ita posset intelligi opinio domini gui. notata dicta. l. pactum ꝛ hac. l. questione plene notatur in spe. de homicidio. §. j. versicu. illud autem queritur.

Veterem. Recitat quandam antiquitatē ꝛ illam corrigit odo. Ibi sufficiebat vt. ff. de admi. tuto. l. decreto. §. j. odo. Ibi destinata quia tunc etiam iure antiquo aliud erat vt. ff. de admini. tuto. l. si duo ol. Simpliciter. i. sine inquisitione od. Ex lege vocati ꝛ sic legitimi diuisa a testatore vel a iudice vt. s. de diuidenda tutela. l. ij. Ibi pregrauātur scilicet legitimi ꝛ sine inquisitione dati testamentarij enim vel ex inquisitione dati satisdare non tenentur vt. s. de tutori. qui non satisde. l. j. ij. ꝛ. iij. odo. Ibi solui tutelam quod fit per arrogationem pupilli vt institu. quibus mo. tute. finitur. §. item finitur. Ibi ab omnibus comprobetur. Sepe allegatur textus iste de quo vide quod notatur per dy. extra de regulis iur. c. quod omnes tangit lib. vj. ꝛ per cardi. ꝛ plenius per ioā. andr. ꝛ in brocardis de coactis ꝛ dubijs rubricella licet non sint presentes qui adesse debent ꝛ extra de constitu. c. cum accessissent per bert. Innocen. ꝛ compost. ꝛ in capitulo. si archiepiscopus hic in glo. allegato ꝛ. l. nam ita. l. in concedendo in glo. allegatis ꝛ per hostiē. in summa de sindico. §. qualiter versicu. primo An autem semper sint citandi omnes quorum interest ꝛ si non citentur vitietur quod agitur. plene dixi. l. naꝫ ita diuus. ff. de adoptionibus ꝛ supra si vt ab hereditate se absti. auten. si oēs creditores.

¶ Rubrica Quando tutores esse desinant.

Super rubrica. Uide azo. in summa. Iteꝫ ventilatum fuit in curia romana vtrum tutela regis vel imperatoris finiatur pubertate possint tunc per se administrare ꝛ quod finiatur probatur hoc ti. ꝛ instituto. e. in princi. ꝛ argu. extra de resti. spo. c. ex parte. ꝛ despon. impube. c. ex literis ꝛ qđ not. de obliga. ad ratiocinia. c. j. ꝛ qđ ea finita possit administrare videt q: vbi aliquis est capax alicuius iuris officij vel dignitatis potest illud per se administrare dum tamen sit pubes ꝛ quo ad hoc tunc etatem legitimam habere censetur vt dicto. c. ex parte ꝛ de iudi. l. si annum li. vj. cuꝫ ergo dignitas regalis ꝛ imperialis cadat in eo ex quo fuit pubes poterit administrare sicut etiam ꝛ mulier que inhabilis est ad iudicanduꝫ vt. ff. de regu. iuris. l. femine. tamen iudicat vbi est capax iurisdictionis puta ex successione extra de arbitris c. dilecti. ꝛ. xij. q. ij. c. cum deuotissimam sic ꝛ in rege ꝛ imperatore cum sint ordinarij vt extra de electione. c. cum nobis etiā si minores sint sententia tamen eorū valebit vt. ff. de re iudica. l. quidam consulebat ꝛ no. ff. de iudi. l. cum pretor. §. sin autem ꝛ extra de officio. deleg. c. vno delegatorum. ꝛ tanto fortius in imperatore q: omnia iura scire presumitur. j. de testa. l. omnium ꝛ propter multos sibi astantes errare non posset maxime q: legibus solutus est. ff. de legibus. l. princeps. nec compellitur curatorem inuitus suscipere instituto de cura. §. Item inuiti. item discretio presumta ex quo est imperator vel rex supplet etateꝫ extra de despon. impu. c. tue. lxxvij. distinc. c. monachus nouitius ꝛ. j. de proximis sacrorū scriniorum. l. vnicuiq3. nam ꝛ salomonem adhuc puerum elegit dominus vt legitur ecclesiastici. xxiiij. melior est enī puer sapiens rege stulto ꝛ sene. ecclesiastici. iiij. ꝛ pro hoc extra de presum. c. ex studijs ꝛ prouerbiorū xx. In cōtrarium quod finiatur. xxv. dicitur haberi in libro legionis lib. ij. c. de orphanis. l. j. ꝛ fina. ꝛ in secunda parte li. iij. c. xv. l. iij. dicitur quod tutela regis finitur. xx. anno. immo in re communi videtur quod ante. xxv. annum administrare nō possit

possit quia fragile et infirmum est talis etatis consilium.ff.de mino.l.j.et ideo ante.xx.annum venia etatis impetrari non potest quãtumcũque discretus sit vt.supra de his qui veniam etatis impetrauerunt.l. omnes.et negotia propria administrare non possunt multo minus regnum vel imperium in quibus vertitur vtilitas publica et maius periculum.et pro hac parte bene facit.j.de testa.mili.l.si.ff.de mu.et hono.l.ad rem publicam extra de etate et qualitate.ca.indecorum.institu.de excus.tuto.§.minores.et in auc.de san.episcopis.§.j.presumptio enim violẽta est contra iuuenes quod nesciant prudenter regere et ideo scriptum est non elegit iuuenes duces quia constat eos nõ esse prudentes.et hoc testatur salomon qui dicit se quartũ penitus ignorare scilicet viam adolescentis in adolescentia sua.prouerbiorum.xxx.et pro hoc eodem.xxij.vnde dominus comminans peruersis regionibus esaie.iiij.dicit dabo pueros principes eorũ eccliastici.x.ve terre cuius rex puer est et cuius principes mane comedunt et maxime quia errores eorum corrigi non possunt cum communiter superiores nõ habeant extra de.dona.inter virum et vxorem.ca.cum sit necesse.et.lxiij.dist. ca.adrianus.et ibi notatur et quia non habent legitimam personam standi in iudicio sine curatore supra qui legitimam perso.per totũ multominus poterunt esse iudices et quod regi etiã inuito detur curator probatur et notatur extra de supplen.negligẽtia prelatorum.c.grandi libro.vj.

Si curatores. Ibi pubertate nisi prius causa necessitatis propter quam adiuncti sunt finiatur. vt.ff.de tutel.l. solet.et ibi notatur. Odofr.

Indecoram. Ex hoc verbo et.j.ibi ĩhonesta.apparet quod ex aspectu corporis honeste etas potest probari et ita nõ sunt correcte leges.ff.de mino.l.minor.xxv. annis adito preside et quod ibi nota.et.eodem titulo de etate nec titulus.ff. de ventre inspi.nec decretales de frigidis et malefici.c.fraternitatis.et.c.fi.

¶ Rubrica De actore a tutore vel a curatore dando.

Super rubrica. Uide azo.et quod plene notaui.s.de procu. l.neque tutores.

¶ Rubrica De excusatione tutorum.

Si curatores. Pro declaratione totius tituli vide azo.in summa.e. In glo.prima in fi.contra facit.ff.l.p litem.l.licet tutor et de rebus eorũ.l.magis puto §.illud queri potest ol.

Excusatoris. Ibi nec a decreto.i.sententia per quã denegata fuit excusatio od.et ol.in glo.non vsque ad.l.dies vt.j.e.l. quinquaginta odo.

Amplissimi. Ibi decurie proprium nomen est mulieris. In glo. vt et.s.ibi quicquid ergo.§.cum autem vbi de hoc in gl.et plene dixi.s. de mãci.ita fuerit alie. vt ma. l.ea quidem.

Quinquaginta. Ibi cedere idest currere decretum pretoris quãdo erat datiuus parentibus quõ erat testamentatius. In glo.mariti ibi sibi predicta.i. predicti quinquaginta dies ibi et isti quatuor mẽses in gloss.quia iudex ibi non venerat sed tunc non esset iniuriam passus vt in litera dicitur.vnde dic quod venit.j.quinquaginta dies et iudex per iniuriã eius excusationẽ nõ admisit

Neque. Ibi participem.idest contutorẽ vel curatorẽ od. Res exegerit vt quod velit conuenire pupillũ vel adultũ od. In gl.prima in fine que est.s.qui dari tuto.possunt auc.minoris vbi plene de hoc dixi.

Soloni. In glo.vltima in fine hoc intellige.si sine damno fisci fieri potest vt.ff. municipa.l.vlti.§.j.ol.et de hoc latius vt dixi.ff.de iure immunita.super rubrica ver.interdũ qui excusatur quod contutores.

